1. Impatiens *(Noli me tangere)* pedunculis multifloris solitariis, foliis ouatis, geniculis caulinis tumentibus. *Flora Suec.* 722. Balsamina lutea, siue Noli me tangere. *Casp. Bauhini Pin.* 306.

2. Impatiens *(Balsamina)* pedunculis unifloris aggregatis foliis lanceolatis, nectariis floribus breuioribus. *Hort. Vpsal.* 276. Balsamina femina. *C. B. P.* 306.

3. Impatiens *(triflora)* pedunculis trifloris solitariis, foliis angusto-lanceolatis. *Flora Zeyl.* 315. Balsamina erecta, sc. femina, Persicae angusto folio Zeylanica. *Herm. Par. Bat.* 105.

Habemus multas alias species, quae in *India* sponte crescunt, sed propter minorem elegantiam illis locus in hortis nostris denegatur.

*Prima* species crescit in uariis partibus *Westmoriae* et Comitatus *Eboracensis* inculta; sed magno numero ab Anthophilis in hortis educatur. Annua est, altitudine unius pedis cum dimidio, caule erecto, succoso, ramoso pluribus uirgis, itidem in ramulos brachiatis, fruticat, quarum quaelibet flore unico flauo, e quinque bracteis constante, superbit. Ad basin nectarium conspicitur caudatum. Quos pediculos excipiunt paniculae coniformes, si tetigeris, sese contorquent, semenque ui elastica proiiciunt. Quod si seueris auctumno, tunc progerminabit; melius uero erit, me suadente, ut semen sponte e paniculis proiectum adhibeatur. Tenellae plantae a lolio repurgentur, nec eas nimis arcte sitas esse patiamur. Floret *Iunio* mense, semenque quatuor quinqueue septimanis elapsis maturescit. Amat locum umbrosum solumque humidum.

# Die Balsamine.

Auch uns hat die so süß', als holde, Pracht
Der lieblich weiß-und rothgemischten Balsaminen,
Zum Preise des, der sie gemacht,
Hier der Betrachtung werth geschienen.
Ihr ist im bunten Blumenreich
So wohl an Form', als Farbe, keine gleich.

Brockes.

Die Engländer nennen sie the Female Balsamine, das Balsamkrautweiblein.

Die Sorten sind:

1. Die Balsamine mit Stielen, auf denen viele einzelne Blumen stehen, mit eyrunden Blättern und Stengeln, so aufgeblasene Glocken haben. Gelbe Balsamine, oder Rühre mich nicht an.

2. Die Balsamine mit Stielen, die einzelne Blumen tragen, so traubenweis herauskommen, lanzenförmigen Blättern, und Honigbehältnissen, welche kürzer sind, als die Blume. Die weibliche Balsamine.

3. Die Balsamine mit drey Blumen an einem Stiele, und schmalen lanzenförmigen Blättern. Die gerade stehende, oder weibliche Balsamine aus Ceylon, mit einem schmalen Pfersichblatt.

Man hat von diesem Geschlechte verschiedene andere Sorten, welche in Indien wild wachsen, und Pflanzen von geringer Schönheit sind, die daher nicht in schöne Gärten gebracht werden.

Die erste Sorte wächst in verschiedenen Theilen von Westmoreland und Yorkshire wild; sie wird aber von den Liebhabern häufig in den Gärten gezogen. Sie ist eine jährliche Pflanze, die ungefähr anderthalb Schuh hoch wird, und einen geraden, saftigen Stengel hat, dessen Gelenke aufgetrieben, und mit eyrunden platten Blättern besetzt sind, die wechselsweise auf allen Seiten des Stengels stehen. Die Blumen kommen aus den Flügeln der Stengel auf langen zarten Stielen heraus, die sich in verschiedene andere kleinere abtheilen. Ein jeder derselben hat eine einzige gelbe Blume, die aus fünf Blumenblättern besteht, welche vorne wie die Lappenblumen gestaltet sind; an ihrer Basis aber haben sie ein Honigbehältniß mit einem langen Schwanze, auf sie folgen kegelförmige Capseln, die, wann sie reif sind, aufspringen, so bald man sie anrühret, und sich wie eine Schraube zusammen drehen, und den Saamen mit einer grosen Federkraft fortsprengen. Wenn man den Saamen dieser Sorte selbst ausfallen läßt, so schlägt derselbe insgemein besser an, als wenn man ihn aussäet. Denn derselbe gehet selten auf, wenn man ihn nicht im Herbste, so bald er reif geworden ist, aussäet. Die Pflanzen erfordern keine andere Sorge, als daß man sie vom Unkraute reinigen und eindüngen muß, wenn sie zu dichte beysammen stehen. Sie blühet im Junius, und der Saamen wird in vier bis fünf Wochen hernach reif. Sie will eine schattige Lage, und einen feuchten Boden haben.

*Secundae* ſpeciei, Balſaminae feminae, plures ſunt uarietates. Communis a longo iam tempore in hortis *Angliae* reperitur. Alba quoque, rubicunda, ſtriata etiam tam flore ſimplici, quam pleno duorum colorum ibi educatur. Quae quidem ſpecies tam durabiles ſunt, ut in puluino efflorescant, nam e ſemine prolapſo plantae ſponte progerminabunt; ſed ſerius, quam illae, quae in toro puluini fimo mixti ſeueris. Tamen auctumnali flore reliquis praeſtant, hortisque floribus haud abundantibus ſunt ornatui.

Die zweyte Sorte iſt die weibliche Balſamine, von der es verſchiedene Spielarten giebt. Die gemeine Sorte ſtehet ſchon ſeit langer Zeit in den engliſchen Gärten. Auch wird die weiße, die rothe, und die geſtreifte, die einfache, und die gefüllte mit zwo Farben, daſelbſt gezogen. Dieſe Sorten ſind ſo dauerhaft, daß ſie im freyen Felde fortkommen, und wenn der Saame ſelbſt ausfällt, ſo werden die Pflanzen in folgendem Frühjahre ſelbſt aufgehen; allein ſolche ſelbſtgefärbte Pflanzen blühen nicht ſo zeitlich, als diejenigen, die man auf dem Miſtbeete gezogen hat. Indeſſen ſind ſie doch insgemein ſtärkere Pflanzen, blühen im Herbſte länger, als die andern, und dienen alſo den Gärten zur Zierde, wenn es an vielen Blumen mangelt.

Sesquipedalis fit haec ſpecies, multisque ramulis, foliis longis, lanceolatis, ſerratis, conſitis, diuiditur. Flores e cauliculorum nodis progerminant, terno quaternoue numero. Calycis menſura floribus quatuor magnis inaequalibus, uti in priori ſpecie, ſed magis patulis, terminatur. Dantur huius ſpeciei flores albi, rubicundi, et purpureo-rubri. Si ſemen uerno tempore toro puluini fimo mixti committitur, plantae *Iunio* menſe efflorescent, quae uero areae immiſſae fuerunt, ante medium *Iunium* haud floreſcere incipiunt, ſed continuo flore usque ad auctumnum durant, donec frigore pereunt.

Dieſe Sorte wird anderthalb Schuh hoch, und theilet ſich in viele ſaftige Zweige ab, die mit langen, lanzenförmigen, geſägten Blättern beſetzet ſind. Die Blumen kommen an den Gelenken der Stengel auf zarten Stielen heraus, die ungefähr einen Zoll lang ſind, und einzelne Blumen tragen. Es kommen aber dieſer Stengel, zween, drey, bis vier aus dem nämlichen Gelenke heraus. Die Blumen beſtehen aus vier groſen ungleichen Blumenblättern, die wie der vorigen ihre geſtaltet, aber größer ſind, und ſich viel weiter ausbreiten. Es giebt von dieſer Sorte weiſe, rothe, und purpurrothe, imgleichen einfache und gefüllte Blumen. Wenn der Saame im Frühling auf ein gemäßigtes Miſtbeet geſäet wird, ſo werden die Pflanzen im Junius blühen; diejenigen aber, welche in das freye Feld geſäet werden, blühen vor der Mitte des Julius nicht, ſie blühen aber fort, bis ſie die Kälte im Herbſte daran hindert.

Duae ſunt uarietates, immo ſpecies, quarum unam *Orientalis*, alteram *Occidentalis India* alit. Nominatur flos immortalis aquilae. Planta pulchra eſt. Flores duplici foliorum textura gaudent, colore coccineo ex albo ſtriato, in aliis purpureo-rubro et albo. Semine ſedulo collecto ſpecies propagabitur. Sed educaui plantas e peregrino ſemine, quorum flores duplici foliorum textura denſius florebant, adeo ut apicibus amiſſis nullum ferrent ſemen.

Man hat von derſelben zwo Spielarten, wo nicht zwo verſchiedene Sorten. Eine derſelben wächſt in Oſt- die andere aber in Weſtindien wild. Sie heißt die unſterbliche Adlerblume, und iſt eine ſehr ſchöne Pflanze. Die Blumen ſind gefüllt, und viel gröſer, als der gemeinen Sorte ihre. Sie ſind ſcharlachroth und weiß geſtreift, und bey andern purpurroth und weiß. Und da die Pflanzen viel Blumen bringen, ſo macht ſie dieſes ſehr ſchätzbar. Wird der Saame nicht mit Sorgfalt geſammlet, ſo wird man die Art nie erhalten können. Ich habe aber einige Pflanzen aus fremden Saamen gezogen, deren Blumen ſo ſtark gefüllet waren, daß ſie ihre männlichen Zeugungswerkzeuge verloren, und alſo keinen Saamen trugen.

Verno tempore ſemen huius plantae areae modice fimo mixtae inſeratur. Quodſi tenellae plantulae in pollicarem altitudinem procreuerint, tunc alii puluino temperato comittendae ſunt intermedio ſpatio pollicis; ſic permaneant in ſitu umbroſo, donec actis radicibus magis aeri adſueſcere queant, ne nimis debilitentur. Rigentur ſaepe, nec non profuſe, ut ne putrefiant. Si plantae ita procreuerint, ut una alteram tangat, tunc cum radicibus integris et terrae glebis caute extrahantur, recipianturque ſingulae fictilibus, terra pingui leuique repletis, quae in ciſta, uitro tecta, profunda, recondantur. Poſtea magis magisque quotidie aeris afflatui exponantur, ut tandem ſub dio *Iulio* menſe, ſed ſitu calido ita remaneant floreamque ferant ſobolem. Sed hoc ſuaſerim, ut in area uitro tecta plantarum pars ſeruetur, ut idoneum ſemen obtineamus, quia ſemina earum, quae aeri exponuntur, non niſi calidiſſima aeſtate matureſcunt. Plantae tectae uero minime ſoli ardentiſſimo meridiano exponantur, nam tunc rigandae ſaepius forent, quod nociuum. Si igitur uitrea tecta per tres quatuorue horas plantis impoſueris, longius durant florentque, quam ſi magno calore uruntur. Sunt, qui haſce plantas perfectiſſimas reddere ſtudent decerpendo omnes flores ſimplices uniusque coloris, remanentibus pulchre coloratis et duplicibus. Sic ſi continuaueris, ſemper conſeruari poſſunt, et haud degeneraſcent.

Spe-

Den Saamen dieſer Pflanze muß man im Frühling auf ein gemäßigtes Miſtbeet ſäen, und wenn die Pflanzen ungefähr einen Zoll hoch geworden ſind, ſo muß man ſie in ein andres gemäßigtes Miſtbeet, ungefähr einen Zoll weit von einander einſetzen, und ſie ſo lange im Schatten erhalten, bis ſie aufs neue eingewurzelt ſind. Nachgehends muß man ihnen etwas mehr friſche Luft geben, ſo oft es die Witterung zuläßt, damit ſie nicht zu lang und zu ſchwach werden. Man muß ſie oft begießen, doch nicht zu reichlich. Denn da ihre Stämme ſehr ſaftig ſind, ſo verfaulen ſie gerne, wenn man ſie zu naß hält. Wenn die Pflanzen ſo groß geworden ſind, daß ſie einander berühren, ſo müſſen ſie mit Ballen Erde an ihren Wurzeln ſorgfältig ausgehoben, und einzeln in beſondere, mit leichter fetter Erde angefüllte Töpfe geſetzt werden. Die Töpfe aber muß man in ein ſehr gemäßigtes Miſtbeet, unter einen tiefen Glastrog graben, damit die Pflanzen Platz haben, zu wachſen, wobey man ſie im Schatten halten muß, bis ſie eingewurzelt ſind. Alsdann muß man ihnen alle Tage viel friſche Luft geben, und ſie ſtufenweiſe abhärten, ſo daß ſie die freye Luft vertragen können, in die man ſie im Julius bringen muß, doch ſo, daß ſie eine warme, bedeckte Lage haben. Daſelbſt werden ſie blühen, wenn die Witterung gemäßiget iſt, und ſehr gut ausſehen. Es iſt aber zu rathen, einen Theil der Pflanzen miteinander in einer Glascaſſe oder tiefen Glastroge zu erhalten, um guten Saamen zu bekommen, weil derjenigen ihre Saamen, die im freyen Felde

ſte-

ſtehen, nicht zeitigen, woferne nicht ein ſehr warmer Sommer einfällt. Die bedeckt ſtehenden Pflanzen wollen alle Tage ein gut Theil friſche Luft haben, weil ſie ſonſt bleich und welk werden; auch muß man ſie der Mittagsſonne bey heißem Wetter nicht zu ſehr ausſetzen, denn dieſe macht, daß ihre Blätter herabhangen, und ſie alſo begoſſen werden müſſen, welches ihnen oft ſehr ſchädlich iſt. Wenn daher die Gläſer um Mittage drey bis vier Stunden lang bedeckt werden, ſo treiben die Pflanzen beſſer, und bleiben länger ſchön, als wenn ſie der groſen Hitze ausgeſetzet ſind. Diejenigen, welche dieſe Pflanzen gerne in ihrer Vollkommenheit hätten, brechen alle einfache und einfärbige Blumen von den Pflanzen, die ſie zu Saamen wollen ſtehen laſſen, ab, und laſſen nur die gefüllten und ſchön gefärbten Blumen daran. Wo dieſes ſorgfältig beobachtet wird, ſo kann man ſie beſtändig erhalten.

Species *Indiae Occidentalis*, *Cockſpur* ſ. calcar galli appellata, flores habet ſimplices eiusdem magnitudinis, uti praecedens; numquam uero alios uidi, niſi ſemipleno flore, ex albido rubroque ſtriatos. Plantae, ante quam flores ferunt, magnae fiunt, hinc auctumno tandem florere incipiunt. Non numquam tempore nociuo nullos ferunt flores, et in *Anglia* raro ſemen maturum ex illis obtinetur. Hinc minus aeſtimantur.

Dieſe Sorte, welche in Weſtindien wächſt, wird daſelbſt (Cockſpur) der Hahnenſporn genennet. Sie hat einfache Blumen, die ſo groß ſind, als der vorhergehenden Sorte ihre; ich habe aber nie andre, als halbgefüllte, und nur mit weißen und rothen Streifen geſehen. Die Pflanzen werden gerne ſehr groß, ehe ſie Blumen tragen; daher ſie erſt ſpät im Herbſt zu blühen anfangen. Sie haben manchmal, bey ſchlechtem Wetter, gar keine Blumen, und bringen in England und bey uns ſelten reifen Saamen, daher ſich auch wenige Perſonen um dieſe Sorte bekümmern, beſonders wenn ſie andre haben können.

*Tertia* ſpecies in *Ceylonia* et aliis *Indiae Orientalis* partibus ſine cultura creſcit; folia anguſta, lanceolata in margine ſerrata. Cuilibet pedunculo tres flores ſunt omnium ſpecierum minimi. Id cauſſa eſt, quod in hortis propter uariationem tantummodo locum obtineant.

Die dritte hier angeführte Sorte wächſt in Ceylon und verſchiedenen Theilen Indiens wild. Sie hat ſehr ſchmale, lanzenförmige Blätter, welche am Rande ſägeförmig gezähnt ſind. Auf jeglichem Stiel ſtehen drey Blumen, die kleiner ſind, als der andern Sorten ihre, daher ſie auch keinen Platz in den Gärten verdienen, es müſſe denn um der Mannichfaltigkeit willen ſeyn.

# ASTER.

# Die Sternblume.

*Flos Helenae illius, totum quae tanta per orbem,*
*Tam magno Europae, atque Asiae repetenda tumultu,*
*Tot coniuratis incendia mouerat armis.*

RAPIN.

Graecis Ἀστὴρ, *stella*, a forma ita appellatus. DIOSCORIDI *Helenium*, quia e lacrymis Helenae dicitur natum. PLIN. Lib. XXI, c. 10. *Anglis* Starvvort. Sequentes species ex MILLERI Lexico (edit. 8 nouiss.) adducere, sat erit.

1. Aster *(Amellus)* foliis lanceolatis, obtusis, scabris, trineruiis, integris, pedunculis nudiusculis, corymbosis, squamis calycinis obtusis. LINN. *Spec. Plant.* 873. Aster atticus caeruleus uulgaris. CASP. BAVHIN. pinax, 267. Aster *Italus.*

2. Aster *(Linifolius)* foliis linearibus acutis integerrimis, caule corymboso ramosissimo. *Hort. Cliff.* 408. Aster Tripolii flore, angustissimo et tenuissimo folio. MOR. *Hist.* 3. 121.

3. Aster *(Grandiflorus)* caule corymboso, foliis lanceolatis reflexis, floribus solitariis, calycibus squamosis. *Flor. Leyd.* 168. Aster Virginianus pyramidatus hyssopifolius, asperis calicis squamulis foliaceis. *Mart. Cent.* 19.

4. Aster *(glabris)* foliis oblongo-lanceolatis acutis serratis, caule ramoso, floribus terminalibus calycibus linearibus erectis. Aster Persicae foliis serratis glabris, floribus sparsis pallide caeruleis. DILLEN. *Cat. Oxon.*

5. Aster *(Tradescanti)* foliis oblongis acutis, basi latioribus, semiamplexicaulibus, caule ramoso, floribus terminalibus, plerumque solitariis. Aster caeruleus serotinus fructicescens Tradescanti. RAII *Hist. plant.* 269.

6. Aster *(annuus)* foliis lanceolatis, lateribus inferiorum crenatis, radice annua, caule corymboso, pedunculis nudis. *Hort. Cliff.* 409. Aster ramosus annuus Canadensis. *Mor. Hist.*

7. Aster *(fruticosus)* foliis linearibus fasciculatis punctatis, pedunculis unifloris nudis, caule fruticoso rugoso. *Hort. Cliff.* 409. Aster Africanus frutescens, foliis angustis et plerumque coniunctis. *Hort. Amstelod.* 2. *p.* 53.

8. Aster *(Sinensis)* foliis ouatis angulatis dentatis petiolatis, calycibus terminalibus patentibus foliosis. *Hort. Cliff.* 407. Aster Chenepodii folio annuus, flore ingenti specioso. *Hort. Elth.* 38.

9. Aster *(Aurantius)* foliis pinnatis. *Hort. Cliff.* 407. After Americanus, foliis pinnatis et serratis, floribus aurantis.

10. Aster *(procumbens)* foliis ouatis dentatis, caule procumbente, pedunculis nudis axillaribus unifloris. Aster Americanus procumbens, bellidis minoris facie.

11. Aster

Diese Pflanze wird also genennet, weil die kleinen Blätter der Blumen stralenweis stehen, wie an einem Sterne. Es giebt viele Sorten des Aster oder Sternkrauts. Ich will aus Hrn. Millers achter Auflage seines Gärtnerlexikons, *) wo er 35 Sorten angiebt, folgende hier anführen.

1. Die Sternblume mit rauhen, zugestumpften, lanzenförmigen Blättern, welche ganz sind, drey Adern, nackete Stiele, in Sträusen wachsende Blumen und stumpfe Schuppen an dem Kelche haben. Insgemein das italiänische Sternkraut.

2. Die Sternblume mit schmalen spitzigen Blättern, die ganz sind, und einem sehr ästigen Stengel, welcher in einem Straus wächset.

3. Die Sternblume mit einem strausigen Stengel, lanzenförmigen, rückwärts gebeugten Blättern, und einzelnen Blumen mit einem rauhen Kelche.

4. Die Sternblume mit länglichten, lanzenförmigen, zugespitzten, sägeförmig gekerbten Blättern, und einem ästigen Stengel, der sich mit Blumen endiget, deren Kelche sehr schmal sind und aufrecht stehen.

5. Die Sternblume mit länglichten zugespitzten Blättern, die in ihrer Basis breit sind, und die Stengel halb umfassen, welche ästig sind, und sich mit Blumen endigen, die meistens einzeln stehen; insgemein die Michaeliszeitlosen (Michaelis Daisy) genannt.

6. Die Sternblume mit lanzenförmigen Blättern; die Seiten der untern Blätter sind gekerbt; mit einer jährlichen Wurzel, und Stielen, die sich mit einem Blumenstraus endigen, mit nacketen Stielen.

7. Die Sternblume mit schmalen, zugespitzten, in Trauben wachsenden Blättern, nacketen Stielen mit einer Blume, und einem staudigen Stengel.

8. Die Sternblume mit eyrunden, eckigen, gekerbten Blättern; der Kelch endiget sich mit Blättern, die sich ausbreiten.

9. Die Sternblume mit gefiederten Blättern.

10. Die Sternblume mit eyrunden, gekerbten Blättern, einem auf dem Erdboden aufliegenden Stengel, und nacketen Stielen, welche aus der Seite mit einer einzelnen Blume zum Vorschein kommen.

11. Die

*) S. 286—297 des ersten Theils der neuen deutschen Uebersetzung. Nürnberg, 1771. 4.

11. Aster *(mutabilis)* foliis lanceolatis serratis, calycibus squarrosis, panicula subfastigiata. Linn. *Sp. Plant.* 1230. Aster Noui Belgii latifolius paniculatus, floribus saturate uiolaceis. *Hort. Leyd.* 65.

12. Aster *(diuaricatus)* ramis diuaricatis, foliis ouatis serratis, floribus integerrimis obtusiusculis, amplexicaulibus. *Flor. Virg.* 123. Aster Americanus latifolius albus, caule ad summum brachiato. Plucken. *Alm.* 56. *)

*Prima* species post uarias *americanas* non ita in pretio nunc est, uti fuerat, quamuis eadem gaudeat qualitate, quin immo reliquis speciebus praecellat. Nam per radices non tam aceruatim sese propagat, ceu *americanae* species, quo fit, ut hortis non ornatui, sed detrimento sint. Caulibus quoque nulla fulcimenta addi debent, uti *americanarum*, quae raro ultra alterum cubitum procrescunt, caulibus tam robustis, ut raro uenti flatu confringantur. Magnis baccis e radicibus erumpentibus, quaelibet illarum in apice octo decemue pedunculos agit, et quiuis singulum florem magnum, corymbo caeruleo flauescente. Mense *Octobri* floret isthaec species, duratque usque ad medium *Nouembrem.* Magno hortis est ornatui. Radicum fissione propagari poterit, statim ac flores emarcuerint. Nam radices, quae uerno tempore transponuntur, sequente auctumno minus florent. Has terno quouis anno semel transponito, quo fiet, ut multos flores proferant.

Crescit haec species in uallibus *Italiae*, *Siciliae* et *Narbonae* in agris. Habetur pro *Amello*, cuius mentio fit inter herbas pascuarias apud Virgilium in quarto *Georgicorum* libro. Propter amaritudinem foliorum pedunculorumque a pecore haud comeditur haecce planta. Quodsi igitur harum radicum non nullae in pratis agrisque procreuerint incultae, densam caulium multitudinem agunt, hisque, gramine deuorato, remansis, prata florea illarum ubertate egregie ornata conspiciuntur.

*Secundam* speciem *Americae septemtrionales* regiones alunt. A longo tempore in hortis *Angliae* illam colimus. Verno tempore semper robustos surculos agit, longitudine duorum triumue pedum, foliis oblongis, alternatim crescentibus, basique semiamplexicaulibus. Caulis maximus multos ramos agit, media foliorum longitudine, pusillis foliolis sensim minorescentibus, quo propiores sunt apici, ubi singulus flos caeruleus caulem terminat. Floret haec species *Augusto* et *Septembri* mensibus. Facili negotio radicum fissione educari poterit, sed non multum postquam flores emarcuerint. Crescunt in quouis situ et solo.

Ter-

11. Die Sternblume mit sägeförmig gezähnten, lanzenförmigen Blättern, rauhen Blumenkelchen, und nahe an einander stehenden Kolben.

12. Die Sternblume mit auseinander gehenden Zweigen, eyrunden, sägeförmig gekerbten Blättern, von denen diejenigen, welche nahe an den Blumen stehen, zugestumpft und ganz sind, und den Stengel umfassen.

Die erste Sorte ist das italiänische Sternkraut, welches vor einigen Jahren in den Gärten viel gemeiner war, als gegenwärtig. Denn seitdeme die mancherley Sorten der amerikanischen Sternblume nach England gekommen sind, hat man diese Sorte nicht mehr so häufig gezogen, ohngeachtet sie so gut ist, als die beste von jenen, ja, in gewißer Betrachtung vor selbigen noch den Vorzug verdienet. Denn diese Sorte vermehret sich nicht so gar stark durch die Wurzeln, wie solches von den meisten amerikanischen Sorten geschiehet, wodurch dieselben in den Gärten öfters eine beschwerliche Last werden; man darf auch den Stengeln keine Stütze geben, wie jenen. Denn diese werden selten über zween Schuh hoch, und haben so starke Stengel, daß sie selten von dem Winde zerbrochen werden. Sie kommen in grosen Trauben aus den Wurzeln heraus; eine jede derselben treibet an dem Gipfel acht bis zehn Stiele, von denen ein jeder eine einzelne grose Blume, mit blauen Stralen, und einer gelben Scheibe hat. Sie blühet im October, und fähret damit bey gelinder Witterung, bis in die Mitte des Novembers fort; und während dieser Zeit geben sie den Gärten eine ungemein schöne Zierde. Man kann diese Sorte durch Theilung der Wurzeln fortpflanzen. Die beste Zeit dazu ist bald darnach, wenn die Blumen verwelket sind. Denn diejenigen, welche erst im Frühjahr versetzet werden, blühen im folgenden Herbst nicht so stark. Diese Wurzeln müssen nicht öfter, als nur alle drey Jahre einmal versetzet werden, und wenn dieses geschiehet, so werden sie viele Blumen bringen.

Sie wächst in den Thälern in Italien, Sicilien, und Narbonne wild. Man hält sie insgemein für den Amellus, dessen Virgil in seinem vierten Buche von dem Ackerbau, unter den Kräutern, die auf den Viehweiden wachsen, Meldung thut. Da die Blätter und Stengel dieser Pflanze rauh und bitter sind, so bleibt sie meistens von dem Vieh unangetastet. Wenn daher einige von diesen Wurzeln auf den Feldern stehen, so treiben sie ein dickes Gebüsche von Stengeln, und wenn diese, nachdem das Gras abgefreßen ist, alleine stehen bleiben, so machen sie, weil sie voller Blumen sind, ein schönes Ansehen.

Die zweyte Sorte ist in Nordamerica ursprünglich zu Hause; doch wird sie nun auch seit vielen Jahren in den englischen Gärten gezogen. Sie treibt im Frühjahr allemal viele starke Schößlinge, die zwischen zwey und drey Schuh hoch werden, und mit länglichten, wechselsweise wachsenden, und mit ihrer Basis den Stengel halb umfassenden Blättern besetzt sind. Der Hauptstengel treibet viele Seitenzweige, die fast halb so lang sind, als die Blätter selbst. Diese sind mit kleinen Blättern besetzt, die gegen den Gipfel zu immer kleiner werden. Daselbst stehet eine einzelne blaue Blume, womit sich der Stengel endiget. Sie blühet im August und September. Man kann sie leicht durch die Theilung der Wurzeln ziehen, welches bald darauf, wenn die Blumen verwelkt sind, geschehen muß. Sie kommet in jeder Lage, und auf jedem Boden fort.

Die

*) Notatur quoque a Kaempfero *Amoenit. exot.* p. 877. *Sen* fûku, uulgo *Ogûruma*, Aster Iaponicus luteus, caule sesquicubitali lanuginoso ramoso; folio Persicariae siliquosae proximo, ora raris pupillis fimbriata; flore uncialis perimetri, barbulis longiusculis crenatis.

*Tertia* ſpecies folia habet ad baſin anguſta, oblonga, crinoſa. Caulis trium pedum altitudinem attingit ut plurimum, foliis paruis, anguſtis, aſperis, reflexis. Pedunculi plures agunt ramulos ſecundarios, quorum quilibet ſingulo flore magno caeruleo terminatur. Floret haecce ſpecies in fine *Octobris* et per totum fere *Nouembrem*, et ſuperbit. Per radices non multum augetur; magis reciſis ſurculis *Maio* menſe propagatur. Hortulanis appellari conſueuit Aſter *Catesbyanus*, a cel. CATESBEIO, quia primus illum e *Virginia* attulerat.

Die dritte Sorte hat unten schmale, länglichte, haariche Blätter. Der Stengel wird drey Schuh hoch, und ist mit kleinen, schmalen, rauhen, rückwärts gebogenen Blättern besetzt. Die Stengel treiben verschiedene Nebenzweige, von denen sich ein jeder mit einer einzeln grosen blauen Blume endiget. Diese Sorte floriret zu Ende des Octobers, und fähret damit den meisten Theil des Novembers fort, und macht ein schönes Ansehen. Sie vermehret sich nicht stark durch die Wurzeln; sie kann aber in Menge durch die abgeschnittenen jungen Schößlinge im May fortgepflanzet werden. Diese Sorte wird von den Gärtnern insgemein die Catesbysche Sternblume genennet, vom Herrn Catesby, der sie mit aus Virginien gebracht hat.

Species *quarta*, quinque pedum longitudine, pedunculis gaudet, foliis longis, lanceolatis, acutis, ſerratis. Quilibet ramorum lateralium in apice in diuerſos pedunculos diuiditur, magnis pallide-caeruleis floribus terminatos, qui menſe *Octobri* maxima gaudent pulchritudine. Radicum diuiſione propagari poteſt iſthaec ſpecies, ceu in praecedentibus monſtrauimus. Creſcit in *America ſeptemtrionali* in agris.

Die vierte Sorte wird bey nahe fünf Schuh hoch, und hat ästige Stengel, die mit langen, lanzenförmigen, am Rande sageförmig gekerbten Blättern besetzt sind. Ein jeder von den Seitenzweigen ist an dem Gipfel in verschiedene Stiele abgetheilet, die sich mit grosen, blassen, blauen Blumen endigen, und im October ihre größte Schönheit haben. Man kann diese Sorte durch Abtheilung der Wurzeln fortpflanzen, wie die andern vorhin angeführten Sorten. Sie wächst in Nordamerica wild.

Dom. *Iohanni* TRADESCANTO debemus *quintam* ſpeciem, e *Virginia* illam adferenti; ex cuius horto illa aliis quoque florum campis communicata fuit. Plurimos habet caules Aſter iſte caeruleus ſerotinus fruticeſcens TRADESCANTI, trium pedum longitudine cum dimidio, foliis oblongis, acutis, baſi latioribus, ſemiamplexicaulibus, caule ramoſo, floribus terminalibus, plerumque ſolitariis et albicantibus. Radices multum augentur, ſemine longe ſaepius lateque diſperſo, hinc nimium augetur haec ſpecies. Creſcit in quouis ſitu et ſolo.

Die fünfte Sorte ist vor vielen Jahren von Herrn Johann Tradescant, der viele Seltenheiten gesammlet hatte, aus Virginien gebracht worden. Aus seinem Garten ist dieselbe gar bald in andere gekommen und sehr gemein geworden. Es ist dieselbe insgemein unter dem Namen der Michaelis Zeitlosen bekannt, welche um den alten Michaelistag blühet. Diese Sorte hat sehr viele Stengel, die ungefähr vierthalb Schuh hoch werden, und mit länglichten, spitzig zulaufenden Blättern besetzt sind, welche an ihrer Basis die Stengel halb umfassen. Diese treiben viele Seitenzweige, die sich mit sehr grosen, sehr blaß blauen, und in das weiße fallenden Blumen endigen. Die Wurzeln dieser Sorte vermehren sich sehr stark, auch wird der Saame oft sehr weit weggewehet, daher sich diese Sorte dergestalt vermehret, daß sie in den Gärten zur Last wird. Sie kommt überall fort.

*Sexta* ſpecies annua planta eſt, quae ſi ſemel in hortum illata fuerit, ſponte inculta e ſemine prolapſo creſcet. Caules erecti duorum pedum, floribus corymboſis terminatis. Floret menſe *Auguſto*, ſemen *Octobri* matureſcit. Inculta procreſcit in *Americae ſeptemtrionalis* regionibus.

Die sechste Sorte ist eine jährliche Pflanze. Wenn dieselbe einmal in einen Garten gekommen ist, so werden die Pflanzen, ohne weitere Wart, von dem ausgefallenen Saamen von selbst aufgehen. Sie macht aufrecht stehende und zween Schuh hohe Stengel, die sich mit weißen in einem Strauß wachsenden Blumen endigen. Sie blühet im August, und der Saame wird im October reif. In Nordamerica wächst sie wild.

*Septimam* Promontorium *bonae Spei* alit incultam, ſtipite corticoſo trium ferme pedum, ramos agentem corticoſos, foliis anguſtis corymboſis conſitos. Flores ad ramuſculorum latera prorumpunt pedunculis longis teneriſque, colore pallide caeruleo; ſub initium *Martii* apparent. In *Anglia* non niſi ramulis reciſis propagari poſſunt, id quod aeſtiuo tempore ſemper fieri poterit. Paruis fictilibus terra leui repletis, et puluini fimo mixti toro committantur. Ibi a ſolis aeſtu liberi leuiter rigentur. Sic fiet, ut intra ſex hebdomadas radices agant, et deinde aëri exponi poſſint. Menſe elapſo, ſegregentur, ſingulaque planta fictili, terra arenoſa leuique repleto, committatur. *Octobri* menſe in frigidario hibernent, eoque loco collocentur, quem aer libere perflare queat. Tamen tutae ſunto a gelu et uapore. Melius in area uitris tecta ſe habent, quam in frigidario. Sed in tepidario plantae breui tempore perirent. Haec ſpecies nunc paucis in hortis reperitur.

*Octa-*

Die siebente Sorte wächst auf dem Vorgebürge der guten Hoffnung wild. Sie macht einen holzigen Stamm, der ungefähr drey Schuh hoch wächst, und holzige Nebenzweige treibet, die mit schmalen Blättern besetzt sind, welche in Büscheln aus einem Puncte herauskommen, wie die Blätter des Lerchenbaums. Die Blumen kommen an den Seiten der Zweige, einzeln, an langen zarten Stielen, zum Vorschein. Sie haben eine blaßblaue Farbe, und erscheinen zu Anfange des Märzmonates. Da diese Pflanze in England niemals Saamen träget, so kann sie allein durch die abgeschnittenen Zweige fortgepflanzet werden, welches im Sommer zu allen Zeiten geschehen kann. Diese setzet man in kleine mit leichter Erde angefüllte Töpfe, und gräbt sie sodann in ein altes Mistbeet. Wenn sie daselbst vor der Sonne bedecket stehen, und gelinde begossen werden: so werden sie in sechs Wochen Wurzeln schlagen, worauf man sie sodann in die freye Luft bringen kann. Ungefähr ein Monat hernach kann man sie von einander absondern, und eine jede derselben in einen kleinen, mit leichter sandiger Erde angefüllten Topf setzen. Im October müßen sie in die Winterung gebracht, und daselbst an einen solchen Ort gestellet werden, wo man ihnen so viel frische Luft geben muß, als es möglich ist. Doch müssen sie vor dem Froste und

vor

vor dem Dampfe verwahret werden, weil sie der eine, wie der andere, zu Grunde richten würde; daher sie auch viel besser in einem Glashause fortkommen, woselbst sie mehr Licht und Luft haben können, als in der Winterung. In das Treibhaus aber darf man sie nicht setzen. Denn die durch die Kunst gemachte Hitze würde die Pflanzen in kurzer Zeit zu Grunde richten. Diese Sorte ist gegenwärtig nur in wenigen Gärten anzutreffen.

*Octaua* apud *Sinenses* est, a quibus Missionarii acceperunt semen, idque in *Galliam* intulere, ubi primum in *Europa* colebatur. A. 1731 Millervs semen nactus, non nullas plantas, floribus partim rubeis, partim albis, educauit. A. 1736 semen quoque e specie floribus caeruleis superbiente nanciscebatur, sed simplicibus. Accepit hanc speciem, appellatione *Reginae Margaretae*. A. 1752 semen semen ex speciebus floribus plenis rufis et caeruleis habuit, et Anno 1753 Dom. Iobvs Bastervs ex albida specie duplici foliorum textura densius florente, semen adeptus est. Cunctae istae species ab hocce tempore discrimen sine uariatione conseruarunt, sed habentur pro uarietatibus.

Die achte Sorte ist ursprünglich in China zu Hause. Von daher ist der Saame davon von den Missionarien nach Frankreich geschickt worden, woselbst man auch diese Pflanzen zuerst in Europa gezogen hat. Im Jahre 173[illegible] bekam Herr Miller Saamen davon, wovon er einige Pflanzen, theils mit rothen, theils aber mit weisen Blumen zog. Im Jahr 1736 bekam er auch Saamen von der Sorte mit blauen Blumen. Diese aber waren alle nur einfach. Man schickte ihm diese Sorte unter dem Namen der Königinn Margareta, oder der Zeitlosenköniginn, welchen Namen sie noch bey den Franzosen hat. Im Jahr 1752 bekam er Saamen von den gefüllten Sorten, so wohl mit rothen, als blauen Blumen, und im Jahr 1753 erhielt er auch vom Herrn Hiob Baster Saamen von der gefüllten weißen Sorte. Alle diese Sorten haben von dieser Zeit an ihren Unterschied ohne Veränderung beybehalten. Man hält sie aber insgemein für bloße Varietäten, oder Spielarten.

Annuae istae plantae omnes e semine produci possunt, uerno tempore puuluini fimo mixti toro inspergendo, ut plantae enascantur. Nam mox aeri adsueuieri debent, ne plantas debiles minusque idoneas sortiamur. Quae si satis firmae procreuerint, ita ut transponi possint, tunc caute extrahantur, puluinoque apto, spatio intermedio sex pollicum, committantur, et sic tectae contra solis aestum remaneant, donec radices egerint. Suda tempestate sedulo rigentur. Sic in area remaneant per quinque hebdomadas, tunc in horto transponi poterunt in certum locum. Sed caute plantae effodiendae, glebis terrae radicibus adhaerentibus. Plantae terrae bene conuersae et transfossae committantur, et paullulum rigentur, praecipue pluuio tempore. Sic fiet, ut plantarum radices cito firmentur, et ita remaneant purgatae crebro a lolio.

Da dieses jährliche Pflanzen sind, so können sie allein aus dem Saamen gezogen werden, welcher im Frühlinge auf ein gutes Mistbeet ausgesäet werden muß, um es nur dahin zu bringen, daß die Pflanzen aufgehen. Denn man muß sie, so bald es nur immer möglich ist, an die freye Luft gewöhnen, damit man keine schwachen Pflanzen bekomme. Wenn die Pflanzen stark genug sind, daß sie zum Versetzen taugen, so muß man sie sorgfältig ausheben, und in ein Beet von guter Erde, sechs Zoll weit von einander einsetzen, und sie fleißig vor der Sonne bedecken, bis sie auf das neue Wurzeln geschlagen haben. Wenn trockenes Wetter einfällt, so mußen sie fleißig begoßen werden. In diesem Beete können sie ein Monat, oder fünf Wochen lang stehen bleiben. Unter dieser Zeit werden sie stark genug werden, daß sie in die Rabatten, in dem Blumengarten, an den Ort können versetzet werden, wo sie in Zukunft bleiben sollen. Man muß aber die Pflanzen mit großer Sorgfalt ausheben, und große Stücke Erde an den Wurzeln laßen; auch muß man die Erde wohl umgraben, und um den Ort, wo die Löcher zum Einsetzen der Pflanzen gemacht werden, die Schrollen wohl zerschlagen. Nachdem die Pflanzen eingesetzt sind, und die Erde dicht an die Wurzeln gedruckt ist, muß man sie etwas mit Wasser begießen, damit sich die Erde um die Wurzeln setze. Dieses muß, wenn es möglich ist, zu einer solchen Zeit geschehen, wann Regenwetter ist. Denn alsdann werden die Pflanzen gar bald neue Wurzeln schlagen; nach welcher Zeit sie keine andere Wart mehr brauchen, als daß man sie fleißig vor dem Unkraut zu verwahren suchet.

Mense *Augusto* florebunt, bipedali altitudine superbientes in terra pingui. Plantarum quaelibet terminatur florea stella alba, rubea uel caerulea. Flores isti maximo hortis sunt ornatui. Semen mense *Octobri* maturescit non nisi siccatissimum colligendum. Vt species floribus duplici foliorum textura densius ornatis seruentur, hi flores seligi debent, quae ad latera ramosa procrescunt, spretis illis, qui e caule primario proueniunt.

Im August werden diese Pflanzen blühen. Um diese Zeit werden sie, wenn der Boden, in welchem sie stehen, fett ist, zween Schuh hoch seyn und viele Nebenzweige haben, von denen sich ein jeder mit einer großen Sternblume, die entweder weiß, oder roth, oder blau seyn wird, endigt. Diese Blumen gehören mit unter die grösten Zierden der Blumengärten im Herbst, so lange sie floriren. Der Saame wird zu Anfang des Octobers reif, und muß, wenn er vollkommen trocken ist, gesammlet werden. Um die Sorten mit gefüllten Blumen zu erhalten, muß man diejenigen, welche an den Seitenzweigen wachsen, die insgemein mehrere Blätter haben, als diejenigen, die an dem Hauptstamme wachsen, allezeit zum Saamen auserlesen.

*Nonam* speciem e *Nouae Hispaniae* portu *Vera Cruce* a. 1731 Dom. *Houstonus* attulit. Annua est planta, caule erecto, foliis pinnatis et serratis, floribus auran-

Die neunte Sorte wurde von Herrn D. Houston im Jahr 1731 zu Vera Cruz in Neuspanien entdecket. Es ist dieses eine jährliche Pflanze, die einen aufrecht stehenden

aurantis. In caulis apice flos ſingulus coloris aurantii, calyce ſimplici, in multa ſegmina diuiſo, procreſcit. Quando flos defloruit, e quouis flore ſemen acutum oblongum enaſcitur, quod ſi puluino fimo bene temperato committitur uerno tempore, plantae exinde enaſcentur idoneae. Si transponuntur, tunc ſingulae paruis fictilibus terra pingui repletis recondi fictiliaque puluini fimo mixti toro abſcondi debent, ubi in umbra remaneant, donec nouas radices egerint. Aqua etiam refrigerandae aerique ſudo tempore exponendae ſunt. Deinde radicibus expanſis repleta fictilia euacuentur, externoque radicum latere relaxato nouis fictilibus, terra pingui repletis, iterumque iſta puluino fimo mixto committantur, ubi remaneant, usque ad floreum ſatum. Nam in area numquam roboraſcent. Haec ſpecies menſe *Iulio* floret, ſemine *Septembri* maturo.

den Stengel macht, welcher einen Schuh hoch, und der ganzen Länge nach mit gefiederten Blättern beſetzt iſt, wovon ein jedes aus zween bis drey paar Lappen beſtehet, die ſich mit einem ungleichen endigen. Ein jeder von dieſen Lappen iſt herzförmig, und am Rande ſägeförmig gezähnt. An dem Gipfel des Stengels kommt eine einzige große oranienfärbige Blume zum Vorſchein, die einen einfachen Kelch hat, der in viele kleine zugeſpitzte Abſchnitte getheilt iſt. Wenn die Blume verblühet hat, ſo wird aus jedem Blümlein ein länglichter eckiger Saamen, mit einer langen Haarkrone. Man kann dieſe Sorte aus dem Saamen ziehen, welcher im Frühjahr auf ein mäßiges Miſtbeet ausgeſäet werden muß. Wenn die Pflanzen zum Verſetzen taugen, ſo müßen ſie einzeln, in kleine, mit fetter Erde angefüllte Töpfe gepflanzet, und dieſe Töpfe in ein Miſtbeet gegraben werden. Daſelbſt muß man ſie im Schatten erhalten, bis ſie neue Wurzeln geſchlagen haben. Man muß ſie auch mit Waſſer erfriſchen, und ihnen bey warmer Witterung friſche Luft zulaßen. Wenn dieſe Töpfe mit ihren Wurzeln angefüllt ſind, ſo müßen die Pflanzen ſorgfältig heraus genommen, und nachdem die äuſere Seite der Wurzeln abgelöſet worden, in neue mit fetter Erde angefüllte Töpfe geſetzet, und die Töpfe abermals in ein Miſtbeet gegraben werden, wo ſie bleiben können, bis ſie blühen und reifen Saamen bringen: denn in freyer Luft kommen ſie nicht fort. Dieſe Sorte blühet im Julius; der Saame aber wird im September reif.

*Decimam* quoque Domino *Guilielmo Houſtono* debemus, A. 1729 e *Vera Cruce* miſſam. Creſcit in ſolo ſabuloſo. Miſit illam *Houſtonus* cum ſemine in *Angliam*, e quo in horto *Chelſeano* non nullae plantae procreuerunt, floruere quidem inſequente aeſtate, ſed nullum tulere ſemen maturum.

Die zehnte Sorte hat Herr D. Wilhelm Houſton im Jahr 1729 in America um Vera Cruz herum entdecket, woſelbſt ſie auf ſandigen Boden in großer Menge wächſt. Er machte daſelbſt eine Abbildung und Beſchreibung von der Pflanze, die er, nebſt Saamen davon nach England ſchickte. Von demſelben gieng einiger in dem Garten zu Chelſea auf; es blüheten auch die Pflanzen im folgenden Sommer, doch brachten ſie keinen reifen Saamen.

In *Anglia* non niſi in puluini fimo mixti toro ſeminari debet, plantaeque tenellae per hiemem uitris tecto habitaculo ſeponantur, ſi animus eſt, eas ſeruandi.

Da dieſe Pflanze urſprünglich in einem ſehr warmen Lande zu Hauſe iſt, ſo kommt ſie in England in freyer Luft nicht fort. Man muß daher den Saamen auf ein Miſtbeet ausſäen, und die Pflanzen den Winter über in das Glashaus ſetzen, wenn ſie erhalten werden ſollen.

Species *undecima* in *America ſeptemtrionali* habitat, foliis lanceolatis ſerratis, calycibusque ſquarroſis, panicula ſubfaſtigiata, floribus ſaturate uiolaceis. Floret exeunte *Auguſto*, et radicum diuiſione tempore auctumnali propagatur.

Die eilfte Sorte iſt in Nordamerica zu Hauſe. Sie macht aufrecht ſtehende Stengel, die ohngefähr drey Schuh hoch wachſen, und mit lanzenförmigen, gekerbten Blättern beſetzet ſind. Die Blumen wachſen in büſchelförmigen Kolben, und haben einen Kelch. Sie blühet zu Ende des Auguſts, und wird durch Abtheilung der Wurzeln im Herbſt fortgepflanzet.

*Duodecima* ſpecies caules habet ad ſummum brachiatos, bipedalis altitudinis, ramis diuaricatis, foliis ouatis ſerratis, floribus integerrimis obtuſiuſculis, amplexicaulibus. Proueniunt flores ſub initium *Septembris*. Propagatur haec ſpecies eodem modo, uti antecedens.

Die zwölfte Sorte macht rauhe Stengel, die ungefähr zween Schuh hoch werden, und ſich gegen den Gipfel zu in viele zweyzänkigte Zweige theilen, die von einander abſtehen, und unten mit eyrunden, gekerbten Blättern beſetzt ſind. Die Blumenſtengel aber haben ganze, zugeſtumpfte Blätter, die ſie an ihrer Baſis umfaßen. Die Blumen wachſen beynahe in einer Dolde. Sie kommen zu Anfang des Septembers zum Vorſchein. Man kann ſie, wie die vorige Sorte, durch Theilung der Wurzeln fortpflanzen.

# IASMINVM ſeu GELSIMINVM.

**A**rabico nomine retento etiam BAVHINO, TOURNEFORTIO et LINNAEO ſic appellatur. *Anglis* the Jaſmine ſ. Jeſſamine - tree; *Gallis* Jaſmin.

MILLERVS *ſeptem* ſpecies commemorat.

1. Iaſminum *(officinale)* foliis oppoſitis pinnatis, foliolis acuminatis. Iaſminum uulgatius, flore albo. *C. B. P.* 397.

2. Iaſminum *(humile)* foliis alternis ternatis ſimplicibusque, ramis angulatis. *Hort. Vpſal.* 5. Iaſminum humile luteum. *C. B. P.* 397.

3. Iaſminum *(fruticans)* foliis alternis ternatis ſimplicibusque, ramis angulatis. *Hort. Cliff.* 5. Iaſminum luteum, uulgo dictum bacciferum. *C. B. P.* 398.

4. Iaſminum *(grandiflorum)* foliis oppoſitis pinnatis, foliolis breuioribus obtuſis. Iaſminum humile, magno flore. *C. B. P.* 398.

5. Iaſminum *(odoratiſſimum)* foliis alternis ternatis, foliolis ouatis, ramis teretibus. Iaſminum *indicum* flauum odoratiſſimum.

6. Iaſminum *(azoricum)* foliis oppoſitis ternatis, foliolis cordato-acuminatis. Iaſminum *Azoricum* trifoliatum, flore albo, odoratiſſimum. *Hort. Amſt.*

7. Iaſminum *(capenſe)* foliis lanceolatis oppoſitis integerrimis, floribus triandris.

*Prima* ſpecies eſt *Iaſminum* uulgare album, notiſſimum. Iaſminum agreſte eſt in *Malabaria* et plurimis *Indiae* partibus; deinde in *Hiſpaniam* primum allatum. Citerioris eius *Hiſpaniae*, quam ueteri nomine *Laletaniam*, recenti *Cataloniam* uocant, flos fortaſſe ab animae ſuauiſſimae prodiga exſpiratione exanimato ſimilis, et exſangui colore candidus, aeſtate auctumnoque tempeſtiuus, blando uocabulo, ab Italis deducto, *Gelſiminum*, aſperiore *Arabum* appellatione, *graecam* odorariae uiolae ſignificationem ſubolente, *Iaſme*, uel *Ioſme*, *Iaſminum* tum ampliore mole, tum acutiore odore a ſilueſtri noſtrate *prima* ſpecie ſeiungitur. Virgae praeterea e pallido, ſcabro, duro, lignoſa fibrataque radice ſtabilito caudice ſimiliter fruticantes, procerae, lentae, et quo libeat, flecti obſequentes, geniculatae, binis ad ſingula genicula foliis alatae, ramuloſae, medullitus candidae fungoſaeque, fotis tamen diluta uiriditate laetiores modo arundineos cancellos topiario textu conueſtiunt, atque ſcenas hortenſes textili umbraculo praetendunt.

Modo circumfuſo conuexoque in fictilibus nemore uiride caelum caeruleo ſubtexunt: folia quoque *Hiſpano*, quam ſiluatico *Italorum*, ſimillimis in diuiſuris latiora obtuſiora, craſſiora, nigriora. Aliud conferta foliorum ſerie omnino ſingulare gelſiminum,
dimi-

# Der Jaſmin.

**D**er Name dieſer Pflanze iſt arabiſch, welchen Bauhin, Tournefort und Linnäus beybehalten haben.

Herr Miller hat folgende ſieben Sorten bemerket:

1. Jaſmin mit gefiederten Blättern, welche gegen einander über ſtehen, deren Lappen ſich mit ſcharfen Spitzen endigen. Der gemeine weiße Jaſmin.

2. Jaſmin mit drey lappicht gefiederten Blättern, welche wechſelsweiſe ſtehen, mit eckigten Aeſten. Der gelbe Zwergjaſmin, insgemein der italiäniſche gelbe Jaſmin genannt.

3. Jaſmin mit dreylappichten einzeln wechſelsweiſe ſtehenden Blättern, und eckichten Zweigen. Der gemeine gelbe Jaſmin.

4. Jaſmin mit gefiederten Blättern, ſo gegen einander über ſtehen, deren Lappen kürzer und zugeſtumpft ſind. Der ſpaniſche weiße oder cataloniſche Jaſmin, mit einer groſen Blume.

5. Jaſmin mit drey lappichten Blättern, welche wechſelsweiſe ſtehen, deren Lappen eyrund ſind, mit kegelförmigen Aeſten. Der wohlriechende gelbe indianiſche Jaſmin.

6. Jaſmin mit dreylappichten Blättern, ſo gegen einander über ſtehen, deren Lappen herzförmig und zugeſpitzt ſind. Der dreyblätterige azoriſche Jaſmin, mit ſehr wohlriechenden weißen Blumen, insgemein der Jaſmin mit dem Epheublatt genannt.

7. Jaſmin mit lanzenförmigen ganzen Blättern, die gegen einander über ſtehen, und Blumen mit drey Staubfäden haben.

Sed longe hacce planta praeſtantius eſt gelſiminum Indicum phoeniceo flore, ſiue Canadanum, quod iam ſupra indigitauimus. Ramoſi caulis deflexa cacumina rotundorum calycum ſurſum uerſum ſpectantium, denſis et ſubrubentibus corymbis racemata turgent; e quibus in gemini transuerſi digiti longitudinem adultis, punicique Cytini denticulata figura dehiſcentibus tubuli leuiter crocei, ſumma parte conniuentes, porrectum circiter digitum longi procurrunt; hiulco deinde oſculo in quinque labella reſupinato, immo uentre ſubſtricto, medio turgidulo, ceruice anguſtiore aeſtiuis menſibus effloreſcunt; dilutisque crocis, nec non medio longiore albicante ſtamine capillantur. Dum uernant, ſaturatiore ſubinde phoeniceo colore, uilloſum holoſericum referente, ac flauentibus longas in ſtrias lineis diſtincto expinguntur.

Dieſe Pflanze ſcheint noch keinem Kräuterkenner bekannt geweſen zu ſeyn. Herr Miller hat nirgends eine Beſchreibung noch Abbildung davon antreffen können. Es giebt eine Sorte, welche in den malabariſchen Gärten, imgleichen unter Burmanns ceyloniſchen Pflanzen vorkommt, die mit dieſer einige Aehnlichkeit hat. Sie heißt Nandi eruatum maior. *Hort. Malab.* Allein ſie iſt von derſelben darinn unterſchieden, daß ſie längere und ſchmälere Blätter hat. Die Röhre der Blume iſt größer, und die Abſchnitte breiten ſich nicht ſo weit aus, als dieſer ihre. Auch bekommen die Blumen des Jaſmins vom Vorgebürge der guten Hoffnung eine Büffelshautfarbe, ehe ſie verwelken. Es iſt daher ungezweifelt, daß ſie von des D. Burmanns Sorte verſchieden iſt. Indeſſen iſt es ſehr ſonderbar, daß dieſe Pflanze den Einwohnern des Vorgebürges unbekannt geblieben. Denn man trift nicht eine einzige Pflanze davon in ihren Gärten an, auch konnte der Capitän, außer der Pflanze, die er mit ſich nahm, keine andere antreffen.

Tabidi tandem florei tubuli defluunt, haerentibus cum exſtante medio ſtamine calycibus. Translatus hic flos coepit in ſemen nuper ſiliquari. Ex arido calyce ſiliqua porrigitur in uiridi ſubrubens, in digitum longa, ima parte ſummaque tenuis, media turgens, infra ſupraque intercurrente prominulo toro bipartita, ſeminibus grauis, ut in luteo leucoio, minutis, rufis, membranaceis. Quamquam haec membranae praetenuis inuolucro circumſepta, multiplicique ſerie prope immemorabilia circa nigrum et molle diſſepimentum, lingulae imagine interiectum, conſertim conſerteque conſtipantur. Hoc gelſiminum praeter ſolum pingue, exhalato pinguedinis uapore bene maceratum, felici poſitu apricum, radi-

Der Stamm dieſer Pflanze iſt groß und holzig, und treibt viele Zweige, die zuerſt grün ſind; nachgehends aber wird die Rinde grau und glatt. Die Zweige kommen paarweiſe gegen einander über zum Vorſchein, und haben kurze Gelenke. Die Blätter ſtehen ebenfalls gegen einander über, dicht an den Zweigen. Sie ſind fünf Zoll lang, und in der Mitte dritthalb breit, werden aber auf beyden Enden ſchmäler, und endigen ſich mit einer Spitze. Sie haben eine glänzende grüne Farbe, und verſchiedene nach der Queere hinlaufende Adern, von der Mittelribbe an, bis an den Rand. Sie ſind ganz von einer dicken Conſiſtenz. Die Blumen kommen am Ende der Zweige heraus, und ſitzen dichte an den Blättern. Sie haben einen röhri-

gen

radicibus ramisque fundendis uacuum apertumque, desiderat etiam cancellatim scansile adminiculum, ut amoenissimam praetexat uiriditatem; aut certe pedamentum procerum, contra imbres peruicax, decorticatum, et scobina exasperatum, ut articulatim radicosa fruticis brachia statumen adiunctum arctissime pertinacissimeque complectantur, atque ambitioso reptatu in arboream altitudinem euadant. Debet autem a parietibus non nihil distineri, ne floribus onusta pendula cacumine incursantibus uentorum furiis allidantur. Hiberna frigora non ita multum reformidat. A primo uere in extremam usque aestatem rigari uult. Seminis, quod hoc primum anno apud nos protulit, adhuc intentata satio est: nec dum insitio caesione ac uulnere peregrini fruticis cum uernaculo adoptiua foedera sanciuit. Vna prospero usurpata periculo cultura ita singularem stirpem docet esse multiplicandam. Verno, priusquam oculi fruticis intumescant, trigemmis ramulus praecidatur: eius caput cultro diffinditur, ac depangitur binis obrutis gemmis, ut tertius nodus exstet. Sic ex facili capit et germinat, humore praesertim adiutus, et sole.

*Obai* seu *Robai*, Iasminum *Kaempferi* *), flore pleno ex suaui foetido, fructu turbinato, semine phaseoli, frutex est, *Nanquino* primum adductus, in hortulis ob pulchritudinem colitur. *Cortice* gaudet tenso, badio; ligno exiguo, infirmo; medulla copiosa; surculis inordinatae ramosis, tenuibus: quos *Folia* breuibus carinatis pediculis dense stipant, alternatim aduersa, ex basi non nihil acuta in longiusculum acutissimum, ac in alterutrum latus reflexum mucronem languido arcu producta, longa ternas, lata sesquiuncias, uenis una media et ab ea successiue obliquantibus ramosis lateralibus descripta, tenuia, non nihil aspera, utrimque micantia in dorso languidius uirentia, margine integro. *Flores* exiguo pediculi rudimento, mense *Februarii* ante folia prodeunt, squamis petaloidibus in badio luteolis imbricati, languide flauentes, pleni, et ex duplicis structurae petalis conflati: quorum exteriora utplurimum sunt octona, maiuscula, semipollicaria, angusta, mucrone obtuso, in orbem cerasini fructus oblique radiantia; interiora totidem uel plura diuersae magnitudinis, minora, scutiformia, punctis sanguineis adspersa. Medium stilus occupat breuis pyramidatus, quiuis in fastigio apicibus, ex luteo albentibus, capitatus; odor flori est uiolaceus, et gratus, si raro olfacias; molestus, si crebro. Sapor quodammodo ex Petasitide tetricus, guttur impetens. Florem *uas seminale* excipit, ex duplici tunica membranacea constructum, sesquiuncialis longitudinis, ex principio oblongo angusto turbinatum, umbilico magno, patulo, crenato, superficie squamatim signata, per maturitatem rugosa et obsoleta, coloris pulli. *Semina*, tabescente pulpa, laxe continet quina uel sena atro spadicea, oblonga, umbilicata, phaseolorum Brasilianorum facie, non nihil compressa, teretia uel angulosa, duplici tunica, exteriori dura membranacea, altera tenui molli albescente, uestita; substantiae albae farinulentae, carnosae, oleosae, saporis unguinosi, ex subamaro dulcis.

Adfertur quoque a KAEMPFERO **) *Bantees*, s. Frutex, Iasmini albi uulgaris facie, surculis folio serrato pin-

gen Kelch, mit fünf Winkeln, und sind am Rande tief in fünf lange schmale Abschnitte getheilet, so sich mit scharfen Spitzen endigen. Die Blume hat nur ein einziges Blumenblatt. Denn ob es gleich oben in viele tiefe Abschnitte getheilet ist, so stehen doch alle diese unten in einer Reihe beysammen. Einige von diesen Blumen sind mehr gefüllt, als die andern, und haben drey bis vier Reihen von Blumenblättern. Diejenigen, welche derselben so viele haben, haben nur eine zweyspaltige Narbe; diejenigen hingegen, die weniger gefüllt sind, haben dreyspaltige Narben. Alle diejenigen Blumen, die Herr Miller untersuchte, haben nur einen der zween Staubfäden, welches von der Völle der Blumen herkommen mag, wie er solches in vielen Pflanzensorten beobachtet hatte, deren Blumen eine grösere Stange Blumenblätter haben, als gewöhnlich, von denen bey einigen beyde, bey andern aber die männlichen Zeugungstheile mangeln. Wenn diese Blume völlig aufgeblühet ist, so ist sie größer, als eine mittelmäßige Rose. Einige sind gefüllt, wie die damascener Rose. Sie haben einen angenehmen Geruch. Bey der ersten Annäherung riechen sie wie Pomeranzenblüthe, wenn man aber genauer hinkommt, so riechen sie, wie unsere weiße, gemeine gefüllte Narcissen. In England blühet diese Pflanze im Julius und im August. In dem Lande aber, wo sie ursprünglich zu Hause ist, blühet sie vermuthlich einen großen Theil des Jahres hindurch. Denn der Capitain Hutchinson, der die Pflanze mitbrachte, erzählte, daß immer frische Blumen auf die alten gefolget wären, bis das Schiff in ein kälteres Clima kam, welches der Blüthe ein Ende machte.

Der Herr von Linné ist auch deswegen, was er in den Transactionen der königlichen Societät angetroffen hat, bewogen worden, dieser Pflanze den Namen Gardema zu geben. Da aber die Beschreibung der Pflanze mit dem Charakter derselben, wie man sie daselbst antrifft, von einer gefüllten Blume genommen worden, und zwar von übereilten Leuten, die sich hätten erinnern sollen, was Herr von Linné geschrieben, daß er jedermann warnete, die gefüllten Blumen aller Art Pflanzen in Betrachtung zu ziehen, wenn sie solche in ihre Classen und Geschlechter abtheilen wollten. Hätten sie sich nach dieser Erinnerung gerichtet, so würden sie diesen Irrthum nicht begangen haben. Denn ich habe seit der Zeit verschiedene Pflanzen aus dem Saamen gezogen, von denen einige Blumen brachten, die nicht gefüllt waren, und alle Merkmaale der gefüllten hatten, indem die Blumen eine Büffelshautfarbe überkamen, ehe sie verwelkten. Und von allen diesen Blumen hatte jegliche drey Staubfäden, und eine dreyspaltige Narbe. Da hingegen in dem Charakter, den Herr von Linné angiebt, keine Staubfäden zu finden, sondern fünf gerade Antherä, woraus erhellet, daß die Vermehrung der Anzahl der Blumenblätter (oder vielmehr ihrer Abschnitte) eine Aenderung in den Zeugungstheilen gemacht hat. Dieses ist auch in den gefüllten Blumen des Dianthus sehr deutlich zu sehen, von denen einige Blumen nur zween bis drey Staubfäden haben, da eben diese Sorte mit einfachen Blumen insgemein zehn hat. Auch vermuthet Herr von Linné, daß die Saamencapsel zwey mit kleinen Saamen angefüllte Fächer habe. Allein diejenigen Personen, die ihn zu diesem Irrthume verleitet haben, stunden in den Gedanken, die Figur, welche D. Plukenet auf seiner 448sten Kupfertafel unter dem Namen Um-ky vorgeleget hat, sey die Frucht dieser Pflanze. Allein diese hat drey Fächer, die mit eckigten wohlriechenden Sorten angefüllet sind; woraus erhellet, daß sie die Frucht einer verschiedenen Pflanze seyn müssen. Denn der Saamen, den ich von diesem Jasmin ausgesäet, war eine Beere, die aus zween Saamen, dergleichen der andere Jasmin hat, bestunden.

Diese Pflanzen kann man leicht aus den abgeschnittenen Zweigen der Stämme ziehen. Die Zweige muß man in

*) Amoenit. exoticar. p. 878. cum icone. **) Libr. cit. p. 909.

pinnatis, et in ſpicas floridas ramoſas excurrentibus; floſculis luteis tripetalis, nunc puſillis, nunc maiuſculis, petalis tenerrimis ac facile deciduis, uno maiori, reliquis minoribus. Nihil flore praeſtantius, ſed nec decore illius inconſtantius quidquam ac breuius. Videas illum hodie ex gemma ſua calyculoque proſilientem, protendentem fulgurantes malleolos, ſuum aurum ac purpuram, qui ſequenti mox, immo eo ipſo, quo oritur, die totum emarcuerit.

Tamen portentoſa illa naturae miracula, quos toties compellaui Flores, materies et obiecta ſunt, circa quae omnis Florae noſtrae induſtria deſudat, omni illa contentione ad intimiorem illorum inueſtigationem animum applicat; nullis laboribus parcens, quo continua indagatione ſpeculationeque, arcana illa perſpiciat penitius, ac quam fieri poteſt, recludat enucleatiſſime: adeoque in hoc tota eſt, ut ueluti digito monſtret, quomodo nobis et inuiſi antea Flores in lucis hocce theatrum produci poſſint. Nec omnino praetermittemus aliquid, quod ad eorum culturam, incrementum, ornatum, conſeruationem, uariegationem, multiplicationemque attinere ullo modo poſſe uideatur.

in Töpfe pflanzen, dieſelben in ein gemäßigtes Miſtbeet graben, und ſie dicht, entweder mit Gläſern, oder mit Handglocken bedecken, um alle äußere Luft davon auszuſchließen. Ferner muß man ſie bey Tage vor der Sonne verwahren. Wenn ſie Wurzeln bekommen haben, muß man ſie ſorgfältig abtheilen, und einzeln in kleine beſondere Töpfe ſetzen. Dieſelben gräbt man wiederum in ein Miſtbeet, und hält ſie im Schatten, bis ſie friſch eingewurzelt ſind. Nach dieſem muß man ſie ſtuffenweiſe an die freye Luft gewöhnen.

Ungeachtet die abgeſchnittenen Zweiglein dieſer Pflanze gerne einwurzeln, und ein oder zwey Jahre darauf ſtark bleiben; ſo machen ſie doch in drey bis vier Jahren einen Stillſtand in ihrem Wachsthum; ihre Blätter werden bleich und krumm, und verderben öfters bald darauf. Dieſes habe ich öffters erfahren, ungeachtet ich die Pflanzen im Winter in verſchiedenen Stufen der Wärme erhalten. Auch im Sommer, wenn ſie verſchieden tractiret werden, ſind ſie öffters ausgeblieben. Ich habe auch, ſagt Herr Miller, von einem Herrn, der einige Jahre in Indien gelebt hat, Nachricht bekommen, daß die Pflanzen, die er in ſeinem Garten daſelbſt hatte, öffters auf die nämliche Art zu Grunde gegangen ſind. Dieſes hat ihren Werth in England ſehr vermindert.

# PAPAVER. *)

En, Anthophile!

*Tibi candida Nais*
*Pallentes uiolas, et ſumma papauera carpens,*
*Narciſſum, et florem iungit bene olentis anethi.*

Canit VIRGILIVS.

Cui etiam appellatur *Cereale papauer*, propter Cererem, quae longam famem, OVIDIO teſte, (Faſtor. L. 4.) hoc cibo ſoluerit. Nam

*Illa ſoporiferum paruos initura penates*
*Colligit agreſti lene papauer humo.*
*Dum legit, oblito fertur guſtaſſe palato,*
*Longamque imprudens exſoluiſſe famem.*

Notam omnibus plantam producimus, incognitam nemini, quam omnis ferme fert tellus, nullus reſpuit ager, doctis celebratam, indoctis laudatam, omnibus ad uſus medicos adhibitam, hodie quoque ex hortis non exſulantem, aſt ab omni antiquitate olim diis aſſertam, et optimis quibuscumque plantis praelatam.

Papaueris *ſatiui* tria genera Antiquis **). *Candidum*, cuius ſemen toſtum in ſecunda menſe cum melle apud antiquos dabatur. Hoc et panis ruſtici cruſtae inſpergebatur affuſo ouo inhaerens, ubi inferiorem cruſtam apium githque cereali ſapore condiebant. Alterum genus eſt papaueris *nigrum*, cuius ſcapo inciſo lacteus ſuccus excipitur. Tertium genus *rhoeam* uocarunt *Graeci, Romani erraticum.* Sponte quidem, ſed in aruis cum hordeo maxime naſcitur, erucae ſimile, cubitali altitudine, flore rufo et protinus deciduo: unde et nomen a *Graecis* accepit. Fuiſſe autem in honore apud *Romanos* ſemper, indicio eſt *Tarquinius Superbus*, qui legatis a filio miſſis decutiendo papauera in horto altiſſima, ſanguinarium illud reſponſum hac facti ambage reddidit. Papaueris ſatiui albi calix ipſe teritur, et e uino bibitur ſomni cauſſa. Semen elephantiaſi medetur. E nigro papauere ſopor gignitur ſcapo inciſo, ut *Diagoras* apud *Plinium* ſuadet, quum grandeſcit et ad florem properat: ut *Iollas*, quum defloreſcit dora diei ſereni, hoc eſt, quum ros in eo exaruerit. Incidi iubent ſub capite et calice. Nec in alio genere ipſum inciditur caput. Succus et hic, et herbae cuiuscunque lana excipitur: aut ſi exiguus eſt, unque pollicis, ut lactucis, et poſtero die magis quod inaruit. Papaueris uero largus denſatur, et in piſtillos tritus in umbra ſiccatur, non ui ſoporifera modo, uerum ſi copioſior hauriatur, etiam mortifera per ſomnum: *opion* uocabant antiqui. Sic ſcimus interemptum *Licinii Caecinae*, Praetorii uiri, patrem in *Hiſpania Bauili*, quum ualetudo impatibilis odium uitae feciſſet: item pleroſque alios. Qua de cauſſa magna concertatio exſtitit. *Diagoras*, ut ſcribit *Eraſiſtratus*, uſum eius in totum damnauit oculorum lippitudini, et aurium uitiis infundi uetant, quoniam ui-

*) *Mich. Fried.* LOCHNERI, Archiatri Caeſar. Μηκωνοπαίγνιον, ſiue Papauer, ex omni Antiquitate erutum, Nummis, Gemmis, Statuis et Marmoribus aeri inciſis illuſtratum; ad Ill. Virum *Gothofredum* THOMASIVM. Noribergae, 1719. 4. Edit. ſecunda auctior.

**) PLIN. L. XVIII. cap. 25. L. XVIIII. cap. 8. et L. XX, cap. 18. DIOSCORIDES, L. IIII, cap. 55. AEMIL. MACER, cap. 31.

# Die Mahnblume *).

So blüheſt du nun auch in deiner goldnen Pracht,
Dem, der ſo dich, als uns, und alle Welt gemacht,
Auch hier zum erſtenmal, zum Preis und Ruhme,
Goldgelber Mahn, bewundernswerthe Blume!
Die du vor kurzer Zeit auf der Chineſer Gränzen
Die glatten Blätter lieſeſt glänzen!

Brockes.

Dieſe bekannte Pflanze wächſet in den meiſten Ländern des Erdkreiſes, ſie wird eben ſo ſehr von den Gelehrten alter und neuerer Zeiten gerühmt, als ſie dem gemeinen Mann beliebt iſt, daher wir auch hier, wegen des allgemeinen Nutzens, einige von ihren Arzneykräften berühret haben. Die Griechen und Römer legten ſie den Göttern bey, und zogen ſie den beſten Pflanzen vor.

Die Alten haben drey Arten Gartenmähns aufgezeichnet: den weißen, deſſen gedörrter Saame mit Honig zum Nachttiſche aufgeſetzet ward; auch wurde er oben aufs Bauerbrod, in Eyerdotter, geſtreuet, ſo wie die untere Kruſte oder Rinde Peterſilje, und ſchwarzer Kümmel mit Hausmannsgeſchmacke, würzen. Die zwote Art des Mahns iſt der ſchwarze, deſſen Kopf zerritzt, und daraus ein milchichter Saft gezogen wird. Die dritte Art nannten die Griechen Rhöa, die Römer den wilden Mahn. Daß der Mahn bey den Römern allezeit in Achtung geſtanden ſey, zeigt Tarquinius Superbus an, welcher vor dem von ſeinem Sohne angekommenen Geſandten die höchſten Mahnköpfe in ſeinem Garten abſchlug, und durch dieſe That verdeckter Weiſe jenen blutdürſtigen Rath gab. Von dem Gartenmahn wurde die Schale ſelbſt gerieben, und zur Beförderung des Schlafes eingegeben. Der Saame dient wider den kleinen Auſſatz. Der ſchwarze Mahn bringt den Schlaf, wenn man das Haupt ritzet, wie Diagoras rieth, wann es quillt: oder wie Jollas wollte, wann es abblühet, an einer heitren Tagesſtunde, das iſt, wann der Thau darauf abgetrocknet iſt. Sie wollen, man ſolle ihn unter dem Haupte, und dem Saamenkelche ritzen. Bey keiner Art wird ſonſt das Haupt geritzt. Dieſer Saft, wie von einem jeden andern Kraute, wird in Wolle aufgefangen, oder, wenn deſſen wenig iſt, auf dem Nagel des Daumens, oder auf Laktukblättern, und hauptſächlich den folgenden Tag, wann er zu trocknen anfängt. Der häufige Saft des Mahns aber wird verdickt, in Paſtellen gerieben, und im Schatten getrocknet, hat nicht allein eine ſchlafbringende, ſondern auch, wenn er allzuhäufig genommen wird, eine im Schlafe tödtende Kraft. So wiſſen wir, daß der Vater des Licinius Cäcina, eines Mannes von oberrichterlichem Range, zu Bavilis in Spanien, da er durch eine

*) Arnold Friedrichs von Hartenfels neuer Gartenſaal, Frankfurt am Mayn, 1745. 8. S. 82. 83. Einige ſchreiben auch Mohn.

uisui noceret. Sed postea usus *) eius non improbatus est medicamento nobili, quod *diacodion* uocant. Semine quoque eius trito in pastillos, e lacte utuntur ad somnum: item ad capitis dolores cum rosaceo: cum hoc et aurium dolori instillatur. Podagris illinitur cum lacte mulierum. Sic et foliis ipsis utuntur. Item ad sacros ignes et uulnera ex aceto. Papauer nigrum coeliacis in uino datur.

ne unausstehliche Krankheit des Lebens überdrüssig ward, umgekommen sey; wie auch viele andere mehrere. Aus der Ursache ist ein großer Streit entstanden. Diagoras und Erasistratus haben ihn, als tödtlich, gänzlich verworfen, und ihn einzugeben verbothen: und das um so viel mehr, weil er den Augen schadete. Nachher ist sein Gebrauch in der berühmten Arzeney, welche Diacodium hieß, nicht gemißbilliget worden. Man rieb auch den Mahnsaamen in Küchlein, und bedienete sich dessen zum Schlafe in Milch; desgleichen gegen Kopfschmerzen mit Rosenöle. Mit diesen wurde er auch in schmerzende Ohren getröpfelt. Mit Frauenmilch wurde er den mit dem Zipperlein behafteten aufgestrichen. So gebrauchten sie auch die Blätter selbst wider das heilige Feuer und Wunden mit Essig. In der Darmgicht wird der schwarze Mahn mit Wein eingegeben.

Satiuum, cui uis somnifera, omne magis rotundat capita. At *siluestri* longum ac pusillum, et ad omnes effectus ualentius. Decoquitur et bibitur contra uigilias, eademque aqua fouent ora. Optimum in siccis, et ubi raro pluit. Quum capita ipsa et folia decoquuntur, succus *meconium* †) uocatur, multum *opio* ignauior.

Aller Gartenmahn hat rundere Häupter: der wilde, lange, kleine, und ist zu aller Wirkung kräftiger. Er wird wider die Schlaflosigkeit abgekocht und getrunken, und mit eben dem Wasser der Mund gespület. Der beste Mahn findet sich an trocknen Orten, und wo es selten regnet. Wenn die Häupter und Blätter abgekocht werden, heißet der Magsaft, Mahnsaft, und ist lange so stark nicht, als das Opium.

Inter satiua et siluestria medium genus, quoniam in aruis, sed sponte nasceretur, *rhoeam* s. *rhoeadem*, (ῥοιὰς enim papauer significat) uocabant Veteres, et *erraticum* **). Quidam id decerptum protinus cum toto calice mandabant. Capita quinque decocta in uini tribus heminis pota, et somnium faciunt. Siluestrium unum genus, *ceratitin* uocant, siue nigrum, *(Theophr.)* cubitali altitudine, radice crassa et corticosa, caliculo inflexo, ut cornicula. Folia minora et tenuiora, quam ceteris siluestribus. Semen exile, tempestiuum est messibus. Folia trita cum oleo argema iumentorum sanant. Radix acetabuli mensura cocta in duobus sextariis ad dimidias, datur ad lumborum uitia et iecinoris. Carbunculis medentur ex melle folia. Quidam hoc genus *glaucion* uocabant: nam falsi cognatione foliorum, ex hoc glaucion fieri arbitrati sunt, ut DIOSCORIDES testis est; alii *paralion*. Nascitur enim in afflatu maris, aut nitroso loco. Alterum e siluestribus genus *heraclion* uocabatur antiquis, ab aliis *aphrodes*, *(Dioscor.)* foliis, si procul intuearis, struthio similibus, radice perquam tenui in summa terrae cute, semine spumeo. Ex hoc li-
na

Die Alten nannten eine mittlere Art zwischen dem Gartenmahn und dem wilden, weil sie von selbst auf den Feldern wächst, Flattermahn oder Klapperrosen *). Einige brachen diesen ab, und käueten ihn sogleich mit dem ganzen Gehäuse. Fünf Häupter in drey halben Nösseln Wein abgesotten und getrunken erregen Schlaf. Eine Art des wilden Mahns nennet man den gelben, oder schwarzen; (Theophrast.) er ist einer Ellen lang, hat eine dicke und holzigte Wurzel, das Saamenbehältniß ist gekrümmt, wie kleine Hörner. Die Blätter sind kleiner und dünner, als bey den übrigen wilden Arten. Der Saame ist klein, und in der Aernte reif; die Blätter mit Oele gerieben heilen bey dem grosen Vieh das weiße Fell der Augen. Ein Schälchen von der Wurzel, in zwey Nösseln bis zur Hälfte eingesotten, wurde gegen Lendenweh und Lebergebrechen gegeben. Die Blätter mit Honig heilen die Feuerbeulen. Einige nannten diese Art Braunmahn; andere Springwurzel. Denn er wächst an dem Ufer des anspülenden Meeres, oder an einem salpeterichten Orte. Eine andere Art des wilden Mahns hieß das Herkulskraut bey den Alten, bey andern Magsaamenkraut (Dioskorides) dessen Blät-
ter,

*) MNESIDEMVS usum dumtaxat olfactandi probauit, conciliando somno. DIOSCOR. Lib. IIII, cap. 55.

*) Von diesem handelt Theophrast im dreyzehnten Kapitel des neunten Buches seiner Pflanzen. Rother Mahn, Kornrosen, Flitschrosen.

**) THEOPHRASTVS Histor. plantarum, L. VIIII, cap. 13. de papauere erratico agit. Papauer rhoeas prius. DALECHAMPII hist. 439. Papauer erraticum minus. BAVH. pin. 171.

†) Μηκώνειον idem ac *Homerianum* Nepenthes; liquor est celebris nominis, *Coconàr* dictus, quod in *Turcia* et *Persia* a bibacibus propinari affatim per horarum interualla solet. Vocatur inebriandi Opii uirtus *Keif*; uel, ut alii scribunt, *Kheif*, a *Persis*, inclito et toti cis Gangem Indiae non ignoto uocabulo. *Indi Persae*que hortos et agros papauere albo satiuo conserunt, ut lactescentem succum ex laesis capitibus proliciant. Hunc succum Europa *Opium*, Asia cum Aegypto *Afiuun* et *Ofiuun* uocat. Persia idem praeparatum, et reuerentia appellat *Theriaki*, i. e. Theriacam. Nam haec illis est Poetarum illa Galene, Hilare, et Eudios, id est, medicina animo serenitatem, hilaritatem et tranquillitatem conferens; quo olim tergemino elogio theriacale antidotum *Andromachi* appellatum legimus, cuius Poemation de GALENE ad NERONEM praeclare edidit doctissimus Dnus *Ioh. Sigism.* LEINKERVS, Norib. 1754. 4.
In

In Perside collectio eius celebratur per ineuntem aestatem, propinqua maturitati capita decussatim sauciando per superficiem. Culter negotio seruit quintuplici acie instructus, qui una sectione quinque infligit uulnera longa parallela. Ex uulnusculis promanans succus postridie scalpro abstergitur, et in uasculum abdomini praeligatum, colligitur. Tum altera capitum facies eodem modo uulneratur, ad liquorem pariter proliciendum. At, haec collectio, ob capitum impar incrementum et magnitudinem aliquoties in eodem aruo instituenda est. Solent in plantis nimium ramosis superflua capita prius amputari: sic reliqua magis grandescunt, et succo implentur maioris efficaciae. Primae collectionis lacryma, *Gobaar* dicta, praestantior est, et grauiori pollet cerebrum demulcendi uirtute, colorem exhibens albidum, uel ex luteo pallentem, sed qui color ex longiori insolatione et ariditate infuscari solet. Altera collectio succum pro-
mit,

na ſplendorem trahunt aeſtate. Tunditur in pila comitialibus morbis, acetabuli menſura in uino albo, ſ. uino mulſo; *(Theophr.)* uomitiones enim facit. Medicamento, quod *Graecis* diacodion et arteriace uocabatur, utiliſſimum. Fit autem huius papaueris aut cuiuscumque ſilueſtris *) capitibus CXX, in aquae coeleſtis ſextariis tribus biduo maceratis, in eodemque diſcoctis: deinde ſaccatis ſ. colatis, iterumque cum melle decoctis ad dimidias partes uapore tenui. Addidere poſtea drachmas ſenas croci, hypociſthidis, turis, acaciae, et paſſi cretici ſextarium. Haec oſtentatione; ſimplex quidem et antiqua illa ſalubritas papauere et melle conſtat. Tertium genus eſt *tithymalon*, mecona uocant, *graeca* appellatione, alii paralion, folio laeui, albo, capite in caulis ſummo rotundo, in quo fructus erui magnitudine, colore uarius. Colligitur uua florente. Siccatur in umbra. Semen potum purgat aluum, dimidio acetabulo in mulſo. Cuiuscumque autem papaueris caput uiride, uel ſiccum, illitum epiphoras oculorum lenit. *Opium* ex uino meraculo ſi protinus detur, ſcorpionum ictibus reſiſtit. Aliqui hoc tantum nigro tribuunt, ſi capita eius, uel folia terantur. Experimentum Opii eſt primum odore: ſincerum enim perpeti non eſt, quia ſoporiferum et caput grauans; mox in lucernis, ut pura luceat flamma, aut exſtinctum demum oleat: quae in fucato non eueniunt. Accenditur quoque difficilius, et crebro exſtinguitur. Eſt ſinceri experimentum et in aqua, quia nebula innatat: fictum in puſtulas coit. Sed maxime mirum, aeſtiuo ſole deprehendi. Sincerum enim ſudat, et ſe diluit, donec ſucco recenti ſimile fiat. *Mneſicles* optime ſeruari putat hyoſcyami ſemine adiecto: alii in faba.

ter, wenn man ſie von ferne ſiehet, dem Seifenkraute ähnlich ſehen. Die Wurzel liegt ganz oben in der Erde, und der Saame iſt ſchaumicht. Von dieſem erhält die Leinwand im Sommer ihre Weiße. Bey der fallenden Seuche wird er in einem Mörſer zerſtoſſen, und ein Schälchen im weißen Weine eingegeben: denn es erregt Erbrechen. Dieſes Kraut iſt zur Arzney, welche Diakodium (Gurgelſaft) hieß, das dienſamſte. Sie wird von hundert und zwanzig Häuptern dieſes oder eines jeden andern wilden *) Mahns, gemacht, welche in drey Nöſſeln Regenwaſſers zween Tage lang gebeizet, und in eben demſelben geſotten werden: hernach ſeiget man ſie durch, und kocht ſie noch einmal mit Honig bis zur Hälfte, mit wenigem Ausdampfen, ein. Hernach haben ſie ſechs Drachmen Safran, Ziſtenröslein, Weihrauch, Schotendorn, und kretiſchen Roſinweins ein Nöſſel, hinzugethan. Dieß geſchah aus Praleren; die alte, einfältige und geſunde Art beſtehet aus Mahn und Honig. Die dritte Art iſt die Wolfsmilch, welche einige Mekon, andere Paralion nennen. Sie hat ein glattes weißes Blatt, und das Haupt die Größe einer Bohne. Man ſammlet ſie, wann der Weinſtock blühet, und trocknet ſie im Schatten. Trinkt man von dem Saamen ein halbes Schälchen in Meeth, ſo führet er ab. Ein jedes Mahnhaupt, grün oder trocken aufgelegt, vertreibt die Flüſſe der Augen. Giebt man Opium alſobald mit etwas ſtarkem Weine ein, ſo widerſteht es den Skorpionbiſſen. Einige ſchreiben dieſes blos dem ſchwarzen Mahn zu, wenn deſſen Häupter oder Blätter gerieben werden. Den Verſuch vom Opium macht man zuerſt am Geruche; denn das aufrichtige kann man nicht ertragen; hiernächſt in den Lampen, daß es eine heitere Flamme von ſich gebe, und wenn es ausgelöſcht iſt, erſt rieche. Dieß erfolgt in dem verfälſchten nicht. Es wird auch ſchwerer angezündet, und verliſcht öfter. Man verſucht das unverfälſchte auch im Waſſer, es ſchwimmet oben, und macht einen trüben Nebel. Das nachgemachte gerinnet in Blaſen. Das iſt das wunderbarſte, daß man es bey der Sonne im Sommer prüfen kann. Denn das aufrichtige ſchwitzet, und löſet ſich auf, bis es friſchem Safte gleich wird. Mneſikles meinet, man könne es am beſten aufhalten, wenn man Bilſenſaamen dazu legte, andre glauben, in einer Bohne.

CATO **) de papauere ita tradit. Virgas et ſarmenta, quae tibi in ſatione ſuperant, in ſegete comburito. Vbi eas combuſſeris, ibi papauer ſerito ſilueſtre, quod in miro uſu eſt melle decoctum ad faucium remedia. Viſque ſomnifera etiam ſatiuo.

Cato ſchreibet vom Mahnſaamen alſo: Man verbrenne die Stengel, und das Strauchwerk, welches bey dem Säen überflüßig iſt, auf der Saat. Wo man ſie verbrennet hat, da ſäe man wilden Mahn. Wenn dieſer mit Honig abgeſotten wird, hat er einen wunderbaren Nutzen, böſe Hälſe zu heilen. Der Gartenmahn hat auch die Kraft, Schlaf zu bringen.

Et

Da-

mit, priori, ut uirtute, ita pretio inferiorem, coloris plerumque obſcuri, uel ex rufo nigricantis. Sunt, qui et tertiam inſtituunt, qua obtinetur lacryma nigerrima exiguae uirtutis.

Praeparatio Opii potiſſimum in eo conſiſtit, ut, aquae pauxillo humectatum, ſpatha craſſa lignea continuo et fortiter ducatur et reducatur in patina lignea et plana, donec elaboratiſſimae picis conſiſtentiam, tenacitatem et nitorem induat. Ita diu multumque ſubactum, ad ultimum manu non nihil pertractatur nuda, et demum in cylindros breues rotatum, uenale exponitur; forcipe diuidendum, quum particulas emtores petunt. Hac ſerie pertractatum opium appellatur *Theriaak malidéh*, i. e. theriaca molendo praeparata, uel etiam *Theriaak afiuun*, id eſt, theriaca opiata, ad differentiam theriaci *Andromachi*, quam illi uocant *Theriaak Faruuk*. Praeparandi hic labor perpetuus eſt propolarum, quos uocant *Kheifruus* Perſae, (quaſi diceres *ebrietatis propolae*) quo illi, in foris et quadriuiis ſedentes, brachia ſua ſtrenue exercent. Maſſa haec ſaepe numero, non aqua, ſed melle ſubigitur, ea copia admiſſo, quae non ſiccitatem modo, ſed et amaritiem temperet: et haec ſpecialiter appellatur *Baehrs*. Inſignior praeparatio eſt, qua inter agitandum adduntur nux Myriſtica, cardamomum, cinamomum et macis, in puluerem ſubtiliſſimum redacta; qualiter praeparatum opium cordi et cerebro inſigniter prodeſſe creditur. Vocatur in ſpecie *Polonià*, uel, ut alii pronunciant, *Folonià*, puta *Philonium Perſicum*, ſeu *Meſue*. Alii miſſis aromatibus, tantum croco et ambra maſſam infarciunt. Multi praeparationem in uſum proprium ipſi perficiunt domi ſuae, ne a propolis admiſcendorum paucitate, uel multitudine decipiantur. KAEMPFER amoenit. exot. p. 642.

*) DIOSCORIDI diacodion tantum fiebat ex ſatiui papaueris capitibus.

**) *De re florea.*

*) Dioskorides verfertigte das Diakodion blos aus den Häuptern des Gartenmahns.

Et ſomnum *) et terrae ſignificabat fecunditatem papauer. Ad uſum quoque medicum ſemper adhibetur.

*Munus Eleuſinae matris, Cereale Papauer,*
*Cui ſublime caput, folium ſandice rubenti*
*Puniceum: ſed quae ſpecies eſt alba, crepanti*
*Concolor argento, gaza reſplendet agreſti.*
*Sanandos etiam ad morbos, exempta reſectis*
*Grana papaueribus, medicos adhibentur in uſus,*
*Aegro, nocte ſopor ſeu conciliandus iniqua,*
*Siue ſuus tuſſi modus imponendus anhelae.*
*Hoc ſimul auxilio carbunculus ater ab imo*
*Pectore, qui ructus nimium conuoluit amaros*
*Oris ad usque fores reprimi perſaepe uidetur.*
*Huius ad alta caput, granorum ſemine fetum*
*Portento, fragilique ſolet ſe tollere collo.*
*Inque modum mali, regio cui Punica nomen*
*Indidit, unius patulo ſub pellis amictu,*
*Grana celebrandae uirtutis plurima claudit,*
*Deque ſono mandentis habet formabile nomen.*

Rapinvs et Strabo Gallvs in *Hortulo.*

Celebris ille *Anglorum* in horto *Chelſciano*, prope *Londinum*, quondam Hortulanus, Philippvs Millervs, νῦν ἐν ἁγίοις, ſequentes ſpecies in praeſtantiſſimo *Horticulturae Lexico* enumerat, et, quomodo coli debeant, egregie docet.

1. Papauer hortenſe, ſemine albo, ſatiuum *Dioſcoridis*, album *Plinii.* C. B. P.

2. Papauer hortenſe, ſemine nigro, ſilueſtre *Dioſcoridis*, nigrum *Plinii.* C. B. P.

3. Papauer flore pleno, rubrum. *Hort. Eyſt.*

4. Papauer flore pleno, album. C. B. P.

5. Papauer flore pleno purpureo. C. B. P.

6. Papauer pleno flore, nigrum. C. B. P.

7. Papauer laciniatis floribus. C B. P.

8. Papauer flore pleno, laciniato, eleganter ſtriato. *Hort. Edinburg.*

9. Papauer Orientale hirſutiſſimum, flore magno. *Tourneſort. Corollar.*

10. Papauer erraticum maius, ῥοιὰς *Dioſcoridi, Plinio, Theophraſto.* C. B. P.

11. Papauer erraticum maius, foliis florum uariegatis. *Hort. Reg. Pariſ.*

12. Papauer erraticum, flore pleno. C. B. P.

13. Pa-

*) Virtus Papaueris hypnotica in permultis ſtatuis elegantiſſimisque Veterum gemmis expreſſa eſt. Nitidiſſima ſomni imaguncula in Muſeo noſtro *Prauniano*, cum principibus certe gazis comparando, aſſeruatur, e marmore Pario effícta. Praeſignis facie, forma conſpicuus puſio dormiens in dextra papaueracea tenet capita.

Daher war er auch ein Vorbild deſſelben bey den Alten *).

Siehe! die einſame Nacht winkt mit dem bleyernen Zepter
Ihrem düſteren Zug, den traurigen Kindern des Schattens,
Ueber den Erdkreis. Verhüllt in leichte Kleider von Schatten,
Sendet ſie uns, wohlthätig, den Schlaf zur Erde hernieder.
Sein beflügelter Fuß durcheilt die Wolken; ein Mohnſtraus
In der zitternden Hand, ſtreut Schlummerkörner. Die Träume
Folgen ihm nach; zur Linken die Schaar der traurigen Schatten;
Schreckliche wilde Figuren, mit Rabenflügeln und Klauen;
Oft mit Dolchen bewehrt; ſie ſchwingen, wie Furien, Schlangen
Ueber der Sterblichen Haupt, und peitſchen die Ruhe des Schwelgers.
Heitere Träume flattern dem Gott zur Rechten, und tragen
Kronen und Zepter für Sklaven, und Indiens Schätze für Bettler.

Zachariä.

Der berühmte engliſche Gärtner im Apothekergarten zu Chelſea, bey London, der ſelige Herr Philipp Miller, führet in ſeinem ſchätzbaren Gärtnerlexikon folgende Sorten an:

1. Der Gartenmahn mit weißen Blumen.

2. Der Gartenmahn mit ſchwarzem Saamen.

3. Gefüllter rother Mahn.

4. Gefüllter weißer Mahn.

5. Gefüllter purpurfarber Mahn.

6. Schwarzer gefüllter Mahn.

7. Mahn mit zerkerbten Blumen.

8. Gefüllter Mahn mit zerkerbter, zierlich geſtreifter Blume.

9. Rauher, orientaliſcher Mahn, mit großer Blume.

10. Rother Mahn, oder Kornroſen, Flitſchroſen.

11. Großer wilder Mahn, mit ſcheckigen Blättern.

12. Gefüllter wilder Mahn, insgemein der kleine Mahn, kleine Klapperroſen.

13. Wil-

*) Man ſiehet dieſes in den beſten und ſchönſten Kunſtarbeiten der Alten, inſonderheit auf Gemmen, und marmornen Bildern vortreflich angezeiget. So beſitzet das vortrefliche alhieſige von Prauniſche Muſeum eine ſchöne halberhobene Arbeit in pariſchem Marmor, welche einen ſchlafenden Knaben vorſtellet, der in der rechten Hand Mahnhäupter hält.

13. Papauer erraticum, flore pleno miniato. *Hort. Reg. Parif.*

14. Papauer erraticum, flore pleno igneo. *Hort. Lugd. Bat.*

15. Papauer erraticum, flore pleno igneo, magninibus candidis. *Hort. Lugd. Bat.*

16. Papauer erraticum, flore pleno Phoenicio, unguibus albis. *Raii Hift. plant.*

17. Papauer erraticum minus. C. B. P.

18. Papauer luteum, perenne, liciniato folio, Cambrobritannicum. *Raii fyn.*

Primam fpeciem, praecipue rei medicae feruientem, in hortis colimus; non nullis ex ea *opium* produci uidetur. Sunt uarietates, quae floris colore diftinguuntur.

*Papauer nigrum* in diuerfis *Angliae* regionibus agrefte eft. Semen auium cibis immifcetur. Huius fpecies permultae funt uarietates, quarum non nullae flores maximos belle ftriatos, pleniffimosque diuerfi coloris ferunt. Poftea fementem uariant, nifi femen pleniffimorum florum optimis coloribus fuperbientium adhibueris, e quo optimas fpecies obtinebis.

*Papauer orientale* perenne, menfe *Maio* magnum florem unicum fed perbellum fert. Et femine, et radicis diuifione propagatur; ineunte *Martio* transplantatur.

Papauer *erraticum maius*, ufui medico deftinatum, numquam in hortis educatur, fed in *Anglia* in folo fabulofo inter frumenta procrefcit, quibus maximo eft incommodo. Flores huius fpeciei ufibus medicis deftinati in foro uenduntur. Variae funt uarietates flore pleno, in hortis totae, in primis minor, flore pleno, albis marginibus. Multi hifce uarietatibus ad arearum limbos exornandos utuntur, fed minus funt idoneae, cito floribus deflorefcentibus. Statim poft feminis maturitatem pereunt plantae. Quando fpiffae, flores pufilli euadunt. Quod fi uero antibus promifcue inferantur, et, quando procretae, demantur, ita ut in quouis loco tres quatuorue remanferint, tunc fpatium nactae belle florea ubertate fuperbientes horto magno funt ornatui.

Cunctae papaueris fpecies auctumno feminandae funt. Nam uerno fatu plantae non fatis confirmantur, antequam aeftiuo aere florefcunt; inde fit, ut flores numquam duplici foliorum textura gaudeant, ut illi, qui auctumnali fatu gaudebant. Plantae efflorefcentes a loliis purgentur, et, ubi nimis fpiffae crefcunt, e terra trahantur. Nam ita melius progerminant, quam fi transplantaueris, fed amant fpatium.

*Prior*

13 Wilder Mahn, mit gefüllter Mengfarber Blume.

14. Wilder Mahn, mit gefüllter feuerfarber Blume.

15. Wilder Mahn, mit gefüllter feuerfarber Blume.

16. Wilder Mahn, mit gefüllter purpurfarber Blume, so einen weißen Boden hat.

17. Kleiner wilder Mahn.

18. Wällischer, oder gelber wilder Bastardmahn.

Die erste Sorte wird in den Gärten zum Arzneygebrauche gezogen, und von einigen für diejenige Pflanze gehalten, aus welcher das Opium gemacht wird. Es giebt von selbiger verschiedene Varietäten, die vornämlich nach der Farbe ihrer Blumen von einander unterschieden sind.

Der schwarze Mahn wächst in verschiedenen Theilen von England wild. Sein Saame wird zum Vogelfüttern, unter dem Namen des Magsaamens verkauft. Von dieser Sorte giebt es gar viele Varietäten, davon einige außerordentlich große gefüllte Blumen, von mancherley Farbe, bringen, so sehr schön gestreift sind. Sie verändern sich aber gerne nach dem Aussäen. Daher soll man niemals einen andern Saamen, als solchen säen, dessen Blumen recht gefüllet, und schön gefärbt sind, von welchen man sich allezeit gute Sorten versprechen kann.

Der orientalische Mahn ist eine beständige Pflanze, die im May eine große einzelne Blume von recht gutem Ansehen bringet. Man kann sie durch den Saamen, oder durch Theilung der Wurzel fortpflanzen; die beste Zeit sie zu versetzen, ist zu Anfang des Merzen.

Der rothe Mahn, oder die Kornrose, wird niemals in Gärten gezogen, ist aber fast überall in England, in kreidigen, trockenen Boden, sehr gemein, woselbst die Pflanzen zwischen dem Korn aufgehen, und sehr beschwerlich fallen. Die Blumen dieser Sorte werden zum Arzneygebrauche auf den Markt gebracht. Es giebt verschiedene Varietäten dieser Pflanze mit gefüllter Blume, die man im Blumengarten ziehet, sonderlich aber die kleine, von welcher einige recht gefüllte Blumen haben, die sehr schön weiß eingefasset sind. Viele säen dieselben als Einfassungen der großen Rabatten des Lustgartens. Sie schicken sich aber hiezu gar nicht, weil ihre Blumen nur von sehr kurzer Dauer sind. Auch verderben die Pflanzen gleich nach Zeitigung ihres Saamens, und da machen sie ein schlechtes Ansehen. Ueberdieses werden auch die Blumen sehr klein, wenn sie dichte beysammen wachsen. Säet man sie aber hin und wieder in die Rabatten, und ziehet sie hernach, wann sie aufgehen, aus, so, daß man in jedem Platze nur drey oder vier stehen läßt, so blühen sie sehr wohl, und sehen recht schön.

Alle Sorten des Mahns soll man im Herbste säen. Denn säet man sie im Frühlinge, so haben die Pflanzen nicht Zeit genug, noch vorher, ehe sie das warme Wetter blühen machet, zu erstarken, so daß ihre Blumen niemalen so groß oder gefüllt sind, als diejenige, so im Herbst gesäet worden. Wann die Pflanzen aufgehen, muß man sie sorgfältig vom Unkraute reinigen, und dieses ist alle Wart, so sie nöthig haben; außer daß man sie da, wo sie zu dicke wachsen, ausziehen muß. Denn sie treiben besser, wenn man sie da stehen läßt, wo sie hingesäet worden, als wenn man sie versetzet. Doch hat man dabey zu beobachten, daß



man

*Prior* ſpecies ualde alta fit, et ſpatio octo decemue pollicum una ab altera diſtare debet. *Nigra* uero in anguſtiori ſpatio creſcet. Tamen in arearum limbis collocari diſtantes a ſe inuicem ſuaſerim. Deinde plantae minus idoneae euelli poſſunt, praeſtantioribus tantummodo retentis in antibus, nam ſic elegantiſſima uarietas, quae ſollertibus Horticultoribus tanto delicio eſt, inter reliquos flores obtinebitur.

man ihnen nach Proportion ihres Wachsthumes auch Platz mache.

Die zu erſt angeführte Sorte wird ſehr groß und hoch, daher darf ſie nicht dichter, als acht oder zehn Zoll, bey einander ſtehen. Die ſchwarze Sorte aber mag näher bey einander wachſen, wiewohl ſie feiner ausſiehet, wann die Pflanzen einzeln ſtehen. Daher iſt es beſſer, daß man den Saamen derjenigen Sorten, ſo ſchöne Blumen haben, in die Rabatten des Blumengartens ſehr dünne ſäe. Wann hernach die Pflanzen aufgehen, können ſie da, wo ſie nicht wohl ſtehen, ausgezogen werden, ſo, daß man nur hier und da eine Pflanze laſſe, nachdem es nämlich die andern Blumen in den Rabatten erlauben, da ſie dann, wann ſie blühen, unter den andern Blumen eine vortrefliche Abwechslung machen werden.

# HESPERIS *).

Heſperis noctu magis olet, inde nomine inuento. Dicitur quoque *uiola matronalis*, a primo feminarum cultu; Anglis *Dame's Violet*, *Rocket* ſiue *Queen's Gilliflovver*, Gallis *Julienne*. Millervs *nouem* ſpecies enumerat:

1. Heſperis *(matronalis)* caule ſimplici erecto, foliis ouato-lanceolatis denticulatis, petalis mucrone emarginatis. Linn. *Spec. plant.* 927. Heſperis hortenſis, flore purpureo. *C. B. P.* 202.

2. Heſperis *(alba)* caule ſimplici erecto, foliis lanceolatis ſerratis petalis integris. Heſperis hortenſis flore candido. *C. B. P.* 202.

3. Heſperis *(inodora)* caule ſimplici erecto, foliis ſubhaſtatis dentatis, petalis obtuſis. Linn. *Spec. plant.* 727. Heſperis ſiluestris inodora. *C. B. P.* 202.

4. Heſperis *(triſtis)* caule hiſpido ramoſo patente. *Hort. Vpſal.* 187. Heſperis montana, pallida odoratiſſima. *C. B. P.* 202.

5. Heſperis *(ſibirica)* caule ſimplici, foliis lanceolatis dentato-ſerratis, petalis obtuſiſſimis integris. Linn. *Spec. plant.* 927.

6. Heſperis *(exigua)* caule ramoſiſſimo diffuſo, foliis lineari-lanceolatis dentatis, ſiliquis apice truncatis. Heſperis exigua lutea, folio dentato anguſto. *Boerh. Ind.* 146.

7. Heſperis *(dentata)* foliis dentato-pinnatifidis, caule laeui. Linn. *ſp. pl.* 664. Heſperis flore albo minimo, ſiliqua longa, folio profunde dentato. Boerh. *Ind. alt.* 20.

8. Heſperis *(africana)* caule ramoſiſſimo diffuſo, foliis petiolatis, lanceolatis, acute dentatis, ſcabris, ſiliquis ſeſſilibus. Linn. *Spec. plant.* 928. Heſperis africana, hieracii folio hirſuto, flore minimo purpuraſcente.

9. Heſperis *(uerna)* caule erecto ramoſo, foliis cordatis, amplexicaulibus ſerratis uilloſis. Linn. *ſpec. plant.* 664. Turritis annua uerna, purpuraſcente folio. Tourn. *Inſt. rei herb.* 224.

